







Rara

74

11366

Orlandus in silva, vna  
in corpore suo

• 48174/41366(6)

Sebastianus Trichses a Baldersem Hunc  
librum dono accepit in pignus perpetius anni  
civis a Willibaldo a Wurzburg Canonico  
Metropolitano ecclesie Herbipolensis et Bambe-  
gensis Anno dñi 1557

15. 855.

G. V. D. W. I. E. S.

W. N. Würzburg.

Absentia harpius mago.

Cella bene custodita dicitur, male que  
tardium.

Felix quae aliena pericula facili  
cautum.

Felix q. meritis transmisit dicens ut hunc  
~~de~~ letor fructu claudore fecit dies.

Io. G. H.

Nulla seruus tarder mente mala quada veluptus  
Culmina Parnassi, qui petis alta puer  
Dolius etenim minimi furata libido  
Terpit inuenies, precipitatq. rudes

+

# DE CIVILI

TATE MORVM PVERILIVM  
PER DES. ERASMVM RO-  
terodamum libellus, nunc  
primum & conditus  
& æditus.

LIPSIÆ

EXCVDEBAT NICOLAVS  
FABER.





48|74|11366(6)

Lukk

# ERASMVS

ROTERODAMVS GENEROSO

cum primis & optimæ spei puero Henr<sup>e</sup>  
rico à Burgundia Adolphi prin<sup>c</sup>  
cipis Verianii filio S.



I ter maximum illum Pau<sup>lum</sup> non piguit omnia fieri omnibus, quo prodeſſe posset omnibus, quanto mi<sup>nus</sup> ego grauari debeo iuandæ iuuentutis amore subinde repuerascere. Itaq;<sup>ue</sup> quemadmodū pridem ad MAXIMILIANI fratris tui primā adolescentiam memet accommodavi, dum adolescentiū formo linguam: ita nunc HENRICE suauissime ad tuam attempero pueritiam de puerorum moribus præcepturus: non quod tu hisce præscriptis magnopere egedis, primum ab incunabulis inter aulicos educatus, mox nactus Ioannem Crucium tam infig<sup>a</sup>

DE CIVILITATE

nem formandæ ruditæ ætatis artificem : aut quod omnia quæ præscribemus ad te pertineant, & è principibus & principatui natum, sed ut libentius hæc ediscat omnes pueri, quod amplissimæ fortunæ, summaeque spei puero dicata sint. Nec enim mediocre calcar addet uniuersæ pubi, si conspexerint heroum liberos à primis statim annis dicari studijs, & in eosdem cum ipsis stadio currere.

Munus autem formandi pueritiam multis constat partibus, quarum sicuti prima ita præcipua est, ut tenellus animus inbibat pietatis seminaria: proxima, ut liberales disciplinas & amet, & perdiscat: tertia est, ut ad uitæ officia instruatur: quarta est, ut à primis statim æui rudimentis ciuitati morum assuecat. Hanc postremam nunc mibi proprie sumpsi. Nam de superioribus quum alijs complures, tum nos quoq; permulta scripsimus. Quanquam autem extremum illud cor  
poris

## MORVM PVERILIVM.

poris decorum ab animo bene composito proficitur, tamen incuria præceptorum non nunquam fieri uidemus, ut hanc interim gratiam in probis & eruditis hominibus desideremus. Nec inferior hanc esse crassissimam philosophiae partem, sed ea, ut sunt hodie mortaliū iudicia, plurimum conducit, & ad conciliandam benevolentiam, & ad præclaras illas animi dotes oculis hominum commendandas. Decet autem ut homo totus sit compitus animo, corpore, gestibus, ac uestitu, sed in primis pueros decet omnis modestia, & in his præcipue nobiles. Pro nobilibus autem habendi sunt omnes, qui studijs liberalibus excolunt animum. Pingant alij in clypeis suis leones, aquilas, tauros, & leopardos, plus habent ueræ nobilitatis, qui pro insignibus suis tot possunt imagines depingere, quot perdidicerunt artes liberales.

Vt ergo bene compitus pueri animus  
A 3 undiq;

## DE CIVILITATE

undiq; reuceat, (relucet autem potissimum in  
uultu,) sint oculi placidi, uerecundi, composi-  
ti, non torui, quod est truculentiae, non impro-  
bi, quod est impudentiae: non uagi ac uolabiles,  
quod est insaniae: non limi, quod est suspi-  
ciorum & insidias molientium: nec immo-  
dice diducti, quod est stolidorum: nec subinde-  
continentibus genis ac palpebris, quod est in-  
constantium: nec stupentes, quod est attonitorū,  
id quod est in Socrate notatū, nec nimiuī acres,  
quod est iracundiae signū: non innuentes ac lo-  
quaces, quod impudicitiae signū: sed animum  
sedatum ac reuerenter amicum præseferen-  
tes. Nec enim temere dictum est à priscis sapi-  
entibus, animi sedem esse in oculis. Pictura  
quidem ueteres nobis loquuntur, olim singula-  
ris cuiusdam modestiae fuisse, semicclusis oculis  
obtueri, quēadmodum apud Hyspanos quos-  
dam semipetos intueri blandum haberι uidea-  
tur & amicum. Itidem ex picturis discimus,  
olim

MORVM PVERILIVM.

olim contractis strictisq; labijs esse, probitatis fuisse argumentum. Sed quod suapte natura decorum est, apud omnes decorum habebitur. Quanquam in his quoq; decet interdum nos fieri polypos, & ad regionis morem nosmet attemperare. Iam sunt quidam oculorum habitus, quos alijs alios addit natura, qui non eadunt sub nostras præceptiones, nisi quod in compositi gestus non raro uitiant, non solum oculorum, Verum etiam totius corporis habitum ac formam. Contra compositi, quod natura decorum est, reddunt decentius: quod uieliosum est, si non tollunt, certe tegunt, misnuuntq;. Indecorum est clauso oculorum altero quenquam obtueri. Quid hoc enim aliud est, quam seipsum eluscare? Eum gestum thinnis ac fabris relinquamus.

Sint exorrecta supercilia non adducta, quod est toruitatis: non sublata in altum, quod est arrogantiæ: non in oculos depresso,

A 4 quod

DE CIVILITATE

quod est male cogitantium.

Frons item hilaris & explanata, mentem  
sibi bene consciam, & ingenium liberale p̄  
se ferens, non in rugas contracta, quod est ses-  
nij: non mobilis, quod est erinaciorum: non  
torua, quod est taurorum.

A naribus absit mucoris purulentia, quod  
est sordidorum, Id quoq; uitiū Socrati philo-  
pho datum est probro. Pileo aut ueste emungi  
rusticanū est, brachio cubitouē falsamentario-  
ru, nec multo ciuilis id manu fieri, si mox pi-  
tuitā uesti illinas. Strophiolis excipere nariū  
recrementa decorū, idq; paulisper auerso cor-  
pore, si qui adsint honoratores. Si quid in so-  
lum deieclum est, emuncto duobus digitis naso  
mox pede proterendum est. Indecorū est sub-  
inde cum sonitu spirare naribus, bilis id indis-  
cium est. Turpius etiam ducere ronchos, quod  
est furiosum, si modo fiat usu. Nam spiri-  
tosis qui laborat orthopnæa, danda est uenia.

Ridicu-

MORVM PVERILIVM.

Ridiculum naribus uocem emittere, nam id cornicinum est & elephantorum. Crispate nasum, irrisorum est & sannionum. Si alijs præsentibus incidat sternutatio, ciuile est corporis auertere. Mox ubi se remiserit impetus, signare os crucis imagine, dein sublato pileo resalutatis qui uel salutarunt uel salutare debuerant: nam sternutatio, quemadmodum oscitatio, sensum aurium prorsus aufert: precari ueniam, aut agere gratias. Alterum in sternutamento salutare religiosum, & si plus res ad sint natu maiores, qui salutent uirum aut fœminam honorabile, pueri est aperiri caput. Porro uocis tinnitum studio intēdere, aut data opera sternutamentū iterare, nimirū ad uirium ostentationē nugonum est. Reprimere sonitum quem natura fert, ineptorum est, qui plus tristibunt ciuitati, quam saluti.

Malas tingat nativus & ingenuus pudor,  
non fucus aut ascititius color. Quanquam is

A s quoq;

## DE CIVILITATE

quoq; pudor sic temperandus est, ut nec uertatur in improbitate, nec adducat dυσωπίαν aut stupore, & quartū, ut habet proverbiū, insania gradum. Quibusdā enim hic affectus tam impotens insitus est, ut reddat deliranti similium. Temperatur hoc malum, si puer inter maiores assuescat uiuere, & comœdijs agēdis exercetur. Inflare buccas fastus indicū est, easdem dimittere, est animum despondentis: alterum est Thrasonis, alterum Iudee proditoris.

Os nec primatur, quod est metuentis alterius halitum haurire, nec hiet, quod est morionum, sed leuiter osculantibus se mutuo labris coniunctum sit. Minus etiam decorum est subinde porrectis labijs ueluti popysnum facere, quanquā id magnatibus adultis per medium turbam incedentibus condonandum est, illos enim decet omnia, nos puerū formamus.

Si fors urgeat oscitatio, nec datur auerti aut cedere, strophio uelaue tegatur os, mox imagine

6

MORVM PVERILIVM.

Imagine crucis obsignetur. Omnibus dictis  
aut factis arridere stultorum est: nullis arride-  
re stupidorum. Obscene dictis aut factis ar-  
ridere nequitia est. Cachinnus & immodicus  
ille totum corpus quatiens risus, quem ob id  
Græci λυγχούσιον appellant, nulli decorus  
est ætati, nedum pueritiae. Dedeget autem  
quod quidā ridentes bimnitum edunt. Indecos-  
rus & ille, qui oris rictū late diducit corruga-  
tis buccis, ac nudatis dentibus qui caninus est,  
& Sardonius dicitur. Sic autem uultus hilas-  
ritatem exprimat, ut nec oris habitum deho-  
nestet, nec animum dissolutum arguat. Stul-  
torum illæ uoces sunt, risu diffuso, risu diffilio,  
risu emorior: & si qua res adeo ridicula inci-  
derit, ut uolentibus eiusmodi risum exprimat  
mappa manuue tegenda facies. Scrum autem  
nullam euidentē ob causam ridere, uel stultitiae  
tribuitur uel insania. Si quid tamen eiusmodi  
fuerit obortū, ciuitatis erit alijs aperire risus  
causam

## DE CIVILITATE

causam, aut si non putas proferendam, commentitium aliquid adferre, ne quis se deridet suspicetur. Superioribus dentibus labrum inferius premere inurbanum est, hic enim est minantis gestus, quemadmodum et inferioribus mordere superius. Quin et laborum oras lingua circumvoluta subinde lambere ineptum. Porrectioribus esse labris, et uelut ad osculum compositis, olim apud Germanos fuisse blandum indicant illorum picturæ. Porrecta lingua deridere quenquam scurrile est. Auersus expuito, ne quem conspuas aspergasue. Si quid purulentius in terram reiectum erit, pede, ut dixi, proteratur, ne cui nauitem moueat: Id si non licet, linteolo sputum excipito. Resorberem salivam inurbanum est, quemadmodum et illud quod quosdam uidemus non ex necessitate, sed ex usu ad tertium quodcumque uerbum expuere. Quidam indecorum subtus intendentem inter loquendum id quod non ex necessitate, sed ex more: is gestus est

MORVM PVERILIVM.

est mentientium, & inter dicendum quid dicant cōminiscentium. Alij minus etiam deco<sup>r</sup>e ad tertium quodq<sup>z</sup> uerbum eructant, quæ res, si à teneris annis abierit in cōsuetudinem, hæret etiam in grandiorem ætatem. Idem sensiendum de screatu, quibus nominibus à seruo notatur Terentianus Clitipho. Si tuſſis urgeat, caue ne cui in os tuſſias, & absit ineptia clarius tuſſiendi quam natura postulet. Vomitus secede, nam uomere turpe non est, sed īgluuie uomitum accersisse deformē est.

Dentium mundities curanda est, uerum eos puluisculo candidare puellarum est, sale aut alumine defricare, gingiuæ perniciosum, Idē lochio facere lberorum est. Si quid inhabet dentibus non cultello, non unguibus canum feliciter more, nō mantili eximendum est, sed uel lentisci cuspidi, uel penna, uel ossiculis è gallorum aut gallinarum tibijs detractis. Os mane pura aqua proluere, & urbanum est & salubre

DE CIVILITATE

lubre, subinde id facere ineptum. De lingua  
usu suo dicemus loco.

Rusticanum est impexo esse capite. Adsit  
mundicies, nō nitor puellaris: Absint sordes len-  
diū & uermiculorum: subinde scabere caput  
apud alios, parum decet, quemadmodū unguis  
bus reliquū fricare corpus sordidū est, praefer-  
tim si fiat usū, nō necessitate. Comam nec frontē  
tegat, nec humeris inuolitet. Subinde concusso  
capite discutere capillitium, lascivientium est  
equorum. Cæsariem à fronte in uerticem leua  
detorquere, parum elegans est, manu discri-  
minare modestius. Inflectere ceruicem & ad-  
ducere scapulas pigritiam arguit: resupinare  
corpus fastus indicium est, molliter erectum  
decet. Ceruix nec in leuum nec in dextrum  
uergat: hypocriticum enim, nisi colloquium,  
aut aliud simile postulet. Humeros oportet  
æquo libramine temperare, non in morem at-  
tennarum alterum attollere, alterum depris-  
mere.

## MORVM PVERILIVM.

mere. Nam huiusmodi gestas in pueris negles-  
 eti, uertuntur in naturā, & corporis habitum  
 præter naturam deformant. Itaq; qui præ des-  
 sidia collegerunt cōsuetudinem inflextendi cor-  
 pus, sibi gibbum conciliant, quem natura non  
 dederat, & qui deflexum in latus caput ha-  
 bere cōsueuerunt, in eum habitum indurescūt,  
 ut adulti frustra mutare nitantur. Siquidem  
 tenera corpuscula plantulis similia sunt, quæ  
 in quamcunq; speciem furca funiculouè defle-  
 xeris, ita crescunt & indurescunt. Vtrumq;  
 brachium in tergum detorquere, simul & pi-  
 gritiae speciem habet & furis: neq; multo de-  
 centius est altera manu in ilia iniecta astare  
 sedereuē, quod tamen quibusdam elegans ac  
 militare uidetur. At non statim honestum est  
 quod stultis placuit, sed quod naturæ & ratio-  
 ni consentaneum est. Reliqua dicētur quum ad  
 colloquium, & conuiuiū uentum erit. Mem-  
 bra quibus natura pudorem addidit retegere  
 citra

## DE CIVILITATE

citra necessitatem, procul abesse debet ab ins-  
dole liberali. Quin ubi necessitas hoc cogit,  
tamen id quoq; decente uerecundia faciendum  
est, etiam si nemo testis adsit. Nunquam enim  
non adsunt angeli, quibus in pueris gratissi-  
mus est pudicitiae comes custosq; pudor. Quo-  
rum autem conspectum oculis subducere pudis-  
cum est, ea multo minus oportet alieno præ-  
bere contactui. Lotium remorari ualeudini  
perniciosum, secreto reddere uerecundū. Sunt  
qui præcipiant ut puer compressis natibus uen-  
tris flatum retineat. Atqui ciuile non est, dum  
urbanus uideri studes morbum accersere. Si  
licet secedere, solus id faciat. Sin minus iux-  
ta uetusissimum proverbum, Tu si crepitum  
dissimulet. Alioqui cur non eadem opera præ-  
cipiunt ne aluum deijciant, quum remorari fla-  
tum periculosius sit, quam aluum stringere.  
Diductis genibus sedere, aut diuaricatis tibijs  
distortisue stare Thrasonum est. Sedenti co-  
eant

MORVM PVERILIVM.

9

eant genua, stanti pedes, aut certe modice diducantur. Quidam hoc gestu sedent, ut alteram tybiā, altero genu suspēdant, nōnulli stant de cussatim cōpositis tybijs, quorum alterum est anxiorum, alterum ineptorū. Dextro pede in læuum femur iniecto sedere priscorum regum mos est, sed improbatuſ. Apud Italos quidam honoris gratia pedē alterum altero premunt, uniq; propemodū iſſitunt tybiæ ciconiarū ritu, quod an pueros deceat neſcio. Idem in fleſtendis genib; aliud apud alios decet dederūtq;. Quidam utrūq; pariter iſſiectunt, idq; rursus alij recto corpore, alij nonnihil incuruato. Sunt qui hoc ceu muliebre rati, ſimiliter erecto corpe, primum dextrū incuruat genu, mox ſinistrum, quod apud Britannos in adolescentibus laudi datur. Galli modulato corporis circumactu dextrū duntaxat inflectunt. In his in quibus uarietas nihil habet cum honesto pugnans, liberum erit uel uernaculis uti mori-

B bus,

DE CIVILITATE

bus, uel alienis obsequundare, quando sunt  
quos magis uariant peregrina. Incessus nec  
fractus sit, nec præceps, quorum alterum est  
mollium, alterum furiosorum : nec uacillans,  
quod à Fabio improbatur. Nam ineptam in  
incessu subclaudicationem Suiceris militibus  
relinquamus, & ihs qui magnum ornamen-  
tum ducunt, in pileo gestare plumas. Tametsi  
uidimus Episcopos hoc gestu sibi placere. Se-  
dentem pedibus ludere stultorum est, quemad-  
modum & manibus gesticulari, parum intes-  
græ mentis indicium est.

D E C V L T V.

In summa dictum est de corpore, nunc de  
cultu paucis, eo quod uestis quodammodo cor-  
poris corpus est, & ex hac quoq; liceat habi-  
tum animi coniçere. Quanq; hic certus pra-  
scribi modus nō potest, eo quod non omniū par-  
est uel fortuna, uel dignitas, nec apud oēs na-  
tiones eadem decora sunt aut indecora, postre-  
mo nec

## MORVM PVERILIVM.

mo nec omnibus seculis eadem placent displi-  
 centue. Vnde quemadmodum in alijs multis, ita  
 hic quoq; nonnihil tribuendum est, iuxta pro-  
 uerbum νόμος οὐ χωρεῖ atq; etiā σοφῶν cui ser-  
 uire iubent sapientes. Est tamen in hisce uarie-  
 tatibus, quod per se sit honestū aut secus uelut  
 illa quæ nullum habent usum, cui paratur ue-  
 stis. Prolixas trahere caudas in fœminis ri-  
 detur, in uiris improbat: an Cardinales &  
 Episcopos deceat, alijs aestimandum relinquo.  
 Multitia nunq; non probro data sunt, tum ui-  
 ris, tum fœminis, quandoquidem hic est alter-  
 uestis uetus, ut ea tegat quæ impudice osten-  
 duntur oculis hominum. Olim habebatur pa-  
 rum uirile discinctum esse, nunc idē nemini ui-  
 tio uertitur, quod induijs, subuculis, et caligi-  
 repertis tegantur pudenda, etiam si disfluat tie-  
 nica. Alioqui uestis breuior, quam ut inclinant  
 tegat partes, quibus debetur honos, nusquam  
 non imbonesta est. Dissecare uestem amen-  
 B 2 tium

## DE CIVILITATE

tium est, picturatis ac uersicoloribus uti, moris  
onū est ac simiorū. Ergo pro modo facultatū  
ac dignitatis prōq; regione & more ad sit cul-  
tui mundicies, nec sordibus notabilis, nec luxū  
aut lasciuia, aut fastum præ se ferens. Negle-  
ctior cultus decet adolescētes, sed citra immun-  
diciā. Indecore quidā interularū ac tunicarum  
ordas aspergine lotij pingunt, aut sinum brachi  
aliq; indecoro tectorio incrstant, nō gypso,  
sed nariū & oris pituita. Sunt quibus uestis in  
alterū latus defluit, alijs in tergu ad renes usq;  
nec desūt. quibus hcc uideatur elegās. Ut totū  
corporis habitū & mundum et cōpositum esse  
decet, ita decet illum corpori congruere. Si qd  
elegantioris cultus dedere parētes, nec teipsum  
reflexis oculis contēplare, nec gaudio gestias,  
alijsq; ostentes mā alterum simiarum alterū pa-  
uonum: mirentur alijs, tu te bene cultum esse ne-  
scias. Quo maior est fortuna, hoc est amabi-  
lior modestia. Tenuioribus in conditionis sola-  
tium

MORVM PVERILIVM.

tium cōcedendū est, ut moderate sibi placeāt.  
At diues ostentans splendore amictus, alijs suā  
exprobrat miseriā, sibiq; conflat inuidiam.

DE MORIBVS IN TEMPLO.

Quoties fores tēpli præteris nudato caput  
ac modice flexis genibus, et ad sacra uerso uul-  
tu, Christum diuosq; salutato. Idē et alias faci-  
endū, siue in urbe, siue in agris, quoties occur-  
rit imago crucis. Per aēdē sacram ne transieris  
nisi simile religiōe saltem breui precatiuncula  
Christū appelles, idq; retecto capite, et utroq;  
genu flecto. Cum sacra peraguntur, totum cor-  
poris habitū ad religionē decet cōponere. Co-  
gita illic præsentē Christū cum inumeris an-  
gelorum millibus. Et si q regē hominē alloqui-  
turus circumstāte procerū corona, nec caput  
aperiat, nec genu flectat, nō iam pro rustico,  
sed pro insano haberetur ab omnibus: quale  
est illic apertum habere caput, erecta genua,  
ubi adeſt Rex ille regum immortalis et immor-

B 3 talitatis

## DE CIVILITATE

talitatis largitor, ubi uenerabundi circumstant  
ætherei spiritus. Nec refert, si eos non uides,  
uident illi te, nec minus certum est illos adesse  
quam si uideres eos oculis corporeis. Certius  
enim cernunt oculi fidei, quam oculi carnis.  
Indecentius etiam est, quod quidā in tēplis ob  
ambulant, & Peripateticos agunt. Atqui de  
ambulationibus porticus & fora conueniunt  
non templa, quæ facris concionibus, mysterijs,  
& deprecationi dicata sunt. Ad concionantem  
spectet oculi, huc attente sint aures, huc inhibet  
animus omni cum reuerentia, quasi non homi-  
nem audiat, sed Deum per os hominis tibi lo-  
quentem. Quum recitatur Euangelium affur-  
ge, & si potes ausculta religiose. Quum in  
Symbolo canitur. Et homo factus est, in genua  
procumbe, uel hoc pacto te submittens in illius  
honorem, qui semet pro tua salute, quum esset  
supra oēs cœlos, demisit in terras, quum esset  
Deus, dignatus ē homo fieri, ut te faceret de-  
um.

MORVM PVERILIVM.

um. Dum peraguntur mysteria, toto corpore ad religionem composite ad altare uersa sit facies, ad Christum animus. Altero genu terram contingere, erecto altero cui laevis initatur cubitus, gestus est impiorum militum qui domino Iesu illudentes dicebant: Aue rex Iudeorum. Tu demitte utruncq; reliquo etiam corpore nonnihil inflexo ad uenerationem. Re liquo tempore aut legatur aliquid è libello, siue preclarum, siue doctrinae salutaris: aut mens cœlesti quippiam meditetur. Eo tempore nugas obgannire ad aurem uicini, eorum est, qui non credunt illic adesse Christum: buc illuc circumferre uagos oculos, amentium est. Existima te frustra templum adisse, nisi inde melior discesseris, puriorq;.

DE CONVIVIIS.

In conuiuijs adsit hilaritas, absit petulania: non nisi lotus accumbe, sed ante præfectis unguibus, ne quid in his hæreat sordidum, di-

B 4 carisq;

## DE CIVILITATE

carisq; ἐυποκούσυλος, ac prius clā redditio lo-  
tio aut si res ita postulet, exonerata etiā aluo:  
Et si forte strictius cinctum esse cōtingat, ali-  
quantulū relaxare uincula cōsultū est, quod in  
accubitu parum decore fiat. Abstergēs manus  
simul abiçce quicquid animo ægre est. Nam in  
cōuiuio nec tristē esse decet, nec cōtristare quē  
quā. Iussus consecrare mensam uultū ac manus  
ad religionem componito, spectans aut cōuiuij  
primarium aut si fors adest, imaginē Christi,  
ad nomen Iesu, matrisq; uirginis utrumq; flectēs  
genu. Hoc muneris si cui alteri delegatum fue-  
rit, pari religione tum auscultato, tum respon-  
deto. Sedis honorem alteri libenter cede Et ad  
honoratiōē locum inuitatus comiter excusa: si  
tamen id crebro serioq; iubeat aliquis autorita-  
te præditus, uerecunde obtempera, ne uideare  
pro ciuili præfractus. Accumbens utrāq; mas-  
num super mensam habe non coniunctim, nec  
in quadra. Quidā enim indecorē uel unam uel  
ambas

## MORVM PVERILIVM.

ambas habent in gremio. Cubito uel utroq; uel altero inniti mensæ, senio morboue lassis cōdonatur, idē in delicatis quibusdā aulicis qui se decere putant quicquid agunt, dissimulandum est, nō imitandum. Interea cauendum, ne proxime accumbenti cubito neu ex aduerso accumbenti pedibus sis molestus. In sella uacillare & nunc huic nunc alteri nati uiciſſim insidere, speciem habet subinde uentris flatum emittētis, aut emittere conantis. Corpus igitur aequo libramine sit erectum. Mantile si datur, aut humero sinistro, aut brachio laeo imponiſto. Cum honoratioribus accubiturus, capite pexo, pileum relinquito, nisi uel regiōis mos diuerſum suadeat, uel alicuius autoritas praecepit, cui nō parere sit indecorū. Apud quasdam nationes mos est, ut pueri stantes ad maiorum mensam capiant cibum extremo loco, reiecto capite. Ibi ne puer accedat nisi iussus, nec hæreat usq; ad conuiuij finē, sed sumpto quod fas

B s tis est

DE CIVILITATE.

tis est, sublati quadra sua, flexo poplite salutet  
coniuias, præcipue qui inter coniuia est cœs  
teris honoratior. A dextris sit poculum & cul  
tellus escarius rite purgatus, ad leuam panis.  
Panē una uola pressum, summis digitis refrin  
gere, quorundā aulicorum deliciis esse finito,  
tu cultello seca decentur, non undiq; reuellens  
crustum aut utrinq; resecans: delicatorum hoc  
est. Panē ueteres in omnibus cōuiuijs ceu rem  
Jacram religiose tractabant, unde nunc quoq;  
mos relictus est, eum forte delapsū in humū  
exosculari. Conuiuum statim a poculis auspi  
cari potorum est, qui bibunt, non quod sitiant,  
Sed quod soleant. Nec ea res solum moribus est  
inhonesta, uerum etiam officit corporis ualeutus  
dini. Nec statim post sumptam ex iure effam  
bibendum, multo minus post laetis esum. Pu  
ero saepius quam bis, aut ad summum ter in  
conuiuio libere, nec decorum est, nec salus  
bre. Semel bibat aliquamdiu pastus de se  
cundo

## MORVM PVERILIVM.

cundo missu, præsertim sicco: deinceps sub coni-  
 uij finem, idq; modice forbendo, non ingurgi-  
 tando, nec equorum sonitu. Tum uinum, tum  
 cereuisia, nihilominus quam uinum inebrians,  
 ut puerorum ualetudinem lædit, Ita mores de-  
 decorat. Aqua feruidæ conuenit ætati, aut si  
 id non patitur siue regionis qualitas, siue alia  
 quæpiam causa, tenui cereuisia utitur, aut uis-  
 no nec ardentí, & aqua diluto. Alioqui mero-  
 gaudentes, hæc sequuntur præmia, dentes ru-  
 biginosi, genæ defluentes, oculi lusciosi, men-  
 tis stupor, breuiter senium ante senectam. An-  
 tequam bibas præmande cibum, nec labra  
 admoueas poculo, nisi prius mantili aut lin-  
 teolo absterfa, præsertim si quis suum pocu-  
 lum tibi porrigit, aut ubi de communi bibis-  
 tur poculo. Inter bibendum intortis oculis  
 alios intueri illiberale est, quemadmodum &  
 ciconiarum exemplo ceruicem in tergum  
 reflectere, ne quid bæreat in imo cyatho,  
 parum

DE CIVILITATE

parum est liberale. Salutantē poculo resalutet  
comiter, & admotis labris cyatho, paulus  
lum libans bibere se simulet: hoc ciuili nugo-  
ni satis erit. Qui si rusticius urgeat, polliceas-  
tur se tum responsurum quum adoleuerit.

Quidam ubi uix bene considerint, mox  
manus in epulas cōjiciunt. Id luporum est, aut  
corum q̄ de chytropede carnes nondū immola-  
tas deuorāt, iuxta prouerbium. Primus cibum  
appositum ne attingito, nō tantum ob id quod  
arguit audum, sed quod interdum cū periculo  
cōiunctum est, dum qui feruidum iexploratū  
recipit in os, aut expuere cogitur, aut si de-  
glutiat adurere gula, utroq; ridiculus æque ac  
miser. Aliquantisper morandum, ut puer ad-  
suecat affectui temperare. Quo cōsilio Socra-  
tes ne senex qdem unquā de primo craterē bi-  
bere sustinuit. Si cum maioribus accumbit pu-  
er, postremus, nec id nisi invitatus, manum ado-  
moueat patinæ. Digitos in iussulenta immer-  
gere

## MORVM PVERILIVM.

gere agrestium est, sed cultello fascinaue tollat  
quod uult, nec id ex toto eligat disco, quod  
scilicet ligatores, sed quod forte ante ipsum  
iacet sumat: quod uel ex Homero discere li-  
cet, apud quem creber est hic uersiculus.  
Οιδίποτε δύναμις ἐποκεῖμενα χειράς οὐ ποτε.

Id quoq; si fuerit insigniter elegans alteri  
cedat, et quod proximū est accipiat. Ut igitur  
intēperantis est in oēs patinæ plaga manū  
immittere, ita parum decorum patinā inuer-  
tere quo ueniant ad te lautiora. Si quis aliis  
cibū porrexerit elegantiorē, præfatus excusas  
tiunculā recipiat, sed resecta sibi portiuncula,  
reliquum offerat ei qui porrexerat, aut proxi-  
me assidenti cōmunicet. Quod digitis excipi  
nō potest quadra excipiēdum est. Si quis ē pla-  
centa uel artocrea porrexerit aliquid, cocleari,  
aut quadra excipe, aut cocleare porreclum  
accipe, & inuerso in quadrā cibo, cocleare  
reddito. Siliquidiū est quod datur gustan-  
dum,

## DE CIVILITATE

dum sumito, & cocleare reddito, sed ad man  
tile extersum. Digitos unctos uel ore prælin  
gere, uel ad tunicā extergere, pariter inciuite  
est: id mappa potius, aut mantile faciendum.  
Integros bolos subito deglutire ciconiarū est,  
ac balatronū. Si quid ab alio fuerit resectum,  
inciuite est manum quadramuē porrigere, pris  
usquā ille structor offerat, ne uideare præripe  
re quod alteri paratum erat. Quod porrigitur  
aut tribus digitis, aut porrecta quadra excipi  
endum. Si quod offertur non congruit tuo sto  
macho, caue ne dixeris illud comici Clitipho  
nis. Nō possum pater, sed blāde agitato gratias.  
Est enim hoc urbanissimum recusandi genus.  
Si perstat invitator, uerecunde dicito aut non  
conuenire tibi, aut te nihil amplius requirere.

Discenda est à primis statim annis secādi  
ratio, nō superstitione quod quidā faciunt, sed  
civilis & cōmoda, aliter enim inciditur armis  
aliter coxa, aliter ceruix, aliter cratis, aliter  
caput,

16

## MORVM PVERILIVM.

capus, aliter phasianus, aliter perdix, aliter  
anas: qua de re sigillatim præcipere, ut pros-  
lixum sit, ita nec operæ preciū. Illud in uniuers-  
sum tradi potest. Apitiorum esse, omni ex par-  
te, quicquid palato blanditur abradere. Abs te  
semesa alteri porrígere, parum honesti moris  
est. Panem prærosum iterum in ius immergere  
rusticanum est, Sicut & cibum mansum fau-  
cibus eximere, & in quadrā reponere, ineleg-  
gans est. Nam si quid forte sumptum est, quod  
deglutiri non expedit, clā auersus aliquo pro-  
ijciat. Cibum ambesum aut ossa seni in qua-  
dram seposita repetere, uitio datur. Ossa, aut  
si quid simile reliquum est, ne sub mensam ab-  
ieceris, pavimentum conspurcans, nec in men-  
sa stragulā projice, nec in patinam repone sed  
in quadræ angulum sepone, aut in discum qui  
apud nōnullos reliquijs excipiendis apponitur.  
Canibus alienis de mensa porrígere cibum, in  
eptiæ tribuitur: ineptius est illos in conuiuio  
contrectas.

DE CIVILITATE

contreflare. Qui putamen digitorū unguibus  
aut pollice repurgare ridiculum est : idem in-  
serta lingua facere magis etiā ridiculum, cul-  
tello id fit decentius. Offa dentibus arrodere  
caninum est, cultello purgare civile. Tres di-  
giti salino impreſi uulgarī ioco dicuntur agre-  
ſtiū insignia. Cultello sumendū est salis quan-  
tum satis est. Si longius abest salinum, por-  
recta quadra petendum est. Quadram aut pa-  
tinā cui saccarum aut aliud suave quiddā ad-  
hæsit, lingua lambere felium est, non hominū.  
Carnē prius minutim in quadra dissecet, mox  
addito pane simul aliquandiu mandat, prius  
quā traiçiat in stomachum, id non solum ad  
bonos mores, uerum etiā ad bonā uiletdinem  
pertinet. Quidam deuorāt uerius quam edūt,  
non aliter quam mox, ut aiunt, abducendi in  
carcerē. Latronum est ea tuburcinatio. Quis-  
dam tantum simul in os ingerunt, ut utrinq;  
ceu folles tumeat buccæ, alij mandendo di-  
ductu

## MORVM PVERILIVM.

17

ductu labiorum sonitum adunt porcorū in mō-  
rē, Nonnulli uorandi studio, spirant etiā nari-  
bus, quasi præfocandi. Ore pleno uel bibere,  
uel loqui nec honestū est, nec tutum. Viciſſitu-  
do fabularum interuallis dirimat perpetuum  
eſum. Quidam citra intermissionem edunt bi-  
buntuē, non quod eſuriant ſitiantuē, ſed quod  
alioqui geſtus moderari non poſſunt, niſi aut  
ſcabant caput, aut ſcalpant dentes, aut geſti-  
culentur manibus aut ludant cultello, aut tuſſi-  
ant, aut ſcreent, aut expuant. Ea res à rufſico  
pudore profecta nonnullam iñſaniae ſpeciem  
habet. Auscultandis aliorum ſermonibus fallē-  
dū eſt hoc tedijs, ſi nō datur oportunitas loquē-  
di. Inciuile eſt cogitabundum in mensa accum-  
bere. Quosdam aut uideas adeo ſtupentes, ut  
nec audiant quid ab alijs dicatur, nec ſe come-  
dere ſentiant, & ſi nominatim appelles, uelut  
eſommo excitari uideantur. Adeo totus ani-  
muis eſt in patinis. Inurbanū eſt oculis circum-

C. actis

## DE CIVILITATE

actis obseruare quid quisq; comedat, nec decet  
in quenq; conuiuarū diutius intētos habere oculos: inurbanus etiam transuersim hinc quis intueri, qui in eodem accumbunt latere: inurb. iniſſum, retorto in tergū capite cōtemplari, quid rerum geratur in altera mēsa. Effutire si quid liberius inter pocula dictum factumue sit, nulli decorū est, nedum puer. Puer cū natu maiori bus accumbens nunq; lequatur, nisi aut cogat necessitas, aut abs quo piā inuitetur. Lepide dicitur modice arrideat, obscene dictis ne quando arrideat, sed nec frontē contrahat si præcellit dignitate qui dixit, sed ita uultus habitum temperet, ut aut non audisse aut certe non intellexisse uideatur. Mulieres ornat silentium, sed magis pueritiam.

Quidam respondent priusquam orationem finierit qui cōpellat, ita ſepe fit, ut aliena res propōdens ſit riſui, detq; ueteri locum prouerbio, ~~omnes amittantur~~. Docet hoc rex ille sapientissi-

## MORVM PVERILIVM.

mūs stultitiae tribuēs respondere priusquam audias, non audit autē qui non intellexit. Si minus intellexit percontantem, paulisper obticeſcat, donec ille quod dixit sponte repetat. Id si non facit, ſed eſponſum urget, blande ueniam præfatus puer, oret ut quod dixerat dicat de novo, Intellecta percontatiōe, paululum interponat moræ, deinde tum paucis respōdeat, tum iucunde. In conuiuio nihil effutiendū quod offūſcat hilaritatem: Absentium famam ibi ledere piaculum est. Nec cūiquam illic ſuus refriſcan-dus est dolor. Vituperare quod appositum est, inciuitati datur & ingratum est conuiuatori. Si de tuo præbetur conuiuum ut excusare tenuitatē apparatus urbanum, ita laudare aut commemorare quanti singula conſtituerint inſuaue profecto condimentum est ac cumbentibus. Deniq; ſi quid à quoquā in conuiuio fit rusticius per imperitiam, ciui-liter diſsimulandum potius quam irridendum.

C 2 Decet

DE CIVILITATE

Decet copotationē libertas. Turpe est subdiū,  
ut ait Flaccus, rapere, si quid cui super cœnā  
excidit incogitantius. Quod ibi sit diciturū,  
uino inscribendū ne audias, μισθὸν μνάμονα  
εὐμπόταρον. Si conuiuiū erit quam pro puerili  
ætate prolixius, et ad luxum tendere uidebi-  
tur, simul atq; senseris naturæ factū satis, aut  
clam, aut ueniam præcatus te subducito. Qui  
puerilem ætatem adiungunt ad inediā, mea quidem  
sententia insaniant, neq; multo minus ij qui  
pueros immodico cibo diffarciunt. Nam ut il-  
lud debilitat teneri corpusculi uiriculas, ita  
hoc animi uim obruit. Moderatio tamen sta-  
tim est discenda. Citra plenā saturitatēm refi-  
ciendum est puerile corpus, magisq; crebro  
quam copiose. Quidam se saturos nesciūt, nisi  
dum ita distentus est uentriculus, ut in pericu-  
lum ueniant ne disrumpatur, aut ne per uomitu-  
m reuoluant onus. Oderunt liberos, qui illos  
etiamnū teneros cœnis in multam noctem pro-  
ductis

## MORVM PVERILIVM.

ductis perpetuo sinunt aſſidere. Ergo ſi fur-  
gendum erit à prolixiore conuiuio, quadram  
tuam cum reliqujs tollito, ac ſalutato qui uide-  
tur inter coniuas honoratissimus, mox et alijs  
ſimul, diſcedito, ſed mox rediturus, ne uideare  
lufus aut alterius parum honestæ rei gratia te  
Subduxiffe. Reuersus ministrato ſi quid opus  
erit, aut reuerenter mensæ aſſiftito, ſi quis quid  
iubeat expectans. Si quid apponis aut ſubmo-  
ues, uide ne cui uestem iure perfundas. Can-  
delam emuncturus, prius illam ē mensa tollito,  
quodq; emunctum eſt, protinus aut barena im-  
mergito, aut ſolea proterito, ne quid ingrati-  
nidoris offendat nares. Si quid porrigis infun-  
diſuē, leua id facias caueto. Iuſſus agere gra-  
tias, compone gestus, paratum te ſignificans  
donec silentibus conuiuis dicēdi tempus adfu-  
erit. Interim uultus ad conuiuio præſidentem  
reuerenter uerſus ſit & conſtanter.

DE CONGRESSIBVS.

C 3 Si

DE CIVILITATE

Si quis occurrerit in via, uel senio uenerandus, uel religione uenerandus, uel dignitate grauis, uel alioqui dignus honore, meminerit puer de via decedere, reuerenter aperire caput, non nihil etiam flexis poplitibus. Ne uero sic cogitet, quid mibi cum ignoto, quid cum nihil unquam bene de me merito? Non hic homines tribuitur homini, non meritis, sed Deo. Sic Deus iussit per Solomonem, qui iussit assurgere cano: Sic per Paulum qui presbyteris duplicatum honorem præcipit exhibere, in summa, omnibus præstare honorem quibus debetur honor, complectens etiam ethnicum magistratum: Et si Turca, quod absit, nobis imperet, peccaturi simus, si honorem magistratui debitum illi negamus. De parentibus interim nihil dico, quibus secundū Deum primus debetur honor. Nec minor præceptis, qui mentes hominum, quodammodo dum formant, gererant. Iam et inter æquales illud

## MORVM PVERILIVM.

illud pauli locum habere debet, honore inuenientem præuenientes. Qui parem aut inferiorem honore præuenit, non ideo fit ipse minor, sed ciuilior & ob id honoratior. Cum maioribus reuerenter loquendum & paucis, cum æquilibus amanter & comiter. Inter loquendum pileum leua teneat, dextra leuiter admota umbiculo: aut quod decentius habetur, pilarem utraq; manu iuncta suspensum, pollicibus eminentibus, tegat pubis locum. Librum aut galerum sub axilla tenere rusticus habetur. Pudor adfit, sed qui decoret, non qui reddat attonitum. Oculi spectent cum cui loqueris, sed placidi simplicesq; nihil praecax improbumus præ se ferentes. Oculos in terram deuiscere quod faciunt catoblepæ male conscientiae suspicionem habet. Transuersim tueri uidetur auersantis. Vultum hoc illuc uol uere, leuitatis argumentum est. Indecorum est interim uultum in uarios mutare habitus, ut

## DE CIVILITATE

nunc corrugetur nasus, nunc cōtrahatur frōs,  
nunc attollatur supercilium, nunc distorqueantur labra, nunc diducatur os, nunc prematur, hæc animum arguunt Protei similem. Inde corum & illud, cōcussō capite iactare comā, sine causa tussire, screare, quemadmodum & manu scabere caput, scalpere aureis, emungere nasum, demulcere faciē, quod est ueluti pudorē abstergentis, suffricare occipitum, humeros adducere, quod in nōnullis uidemus Italī. Rotato capite negare, aut reducto accersere, & ne persequar omnia, gestibus ac nutibus loqui, ut uirum interdum deceat, puerū minus decet. Illiberale est iactare brachia, gesticulari digitis, uacillare pedibus, breuiter non lingua, sed toto corpore loqui quod turturum esse fertur, aut motacillarum, nec multum abhorrens à picarum moribus. Vox sit mollis ac sedata, non clamosa, quod est agri colarum, nec tam pressa, ut ad aures eius cui loqueris

## MORVM PVERILIVM.

loqueris non perueniat. Sermo sit non præceps,  
 & mentem præcurrens, sed lentus & explana-  
 tus. Hoc etiam naturalem battarismum, aut  
 hæsitantium, si non in totum tollit, certe mag-  
 na ex parte mitigat, quum præcipitatus ser-  
 mo multis uicium conciliet, quod non dederat  
 natura. Inter colloquendum subinde titulum  
 honorificum eius quæ appellas repetere, ciuili-  
 tatis est. Patris ac matris uocabulo nihil hono-  
 rificentius, nihil dulcius. Fratri sororisque no-  
 mine nihil amabilius. Si te fugiunt tituli pe-  
 culiares : omnes eruditi sint tibi præceptores  
 obseruandi : omnes sacerdotes ac monachi rea-  
 uerendi patres : oës æquales fratres & amici :  
 breuiter omnes ignoti domini, ignotæ dominæ.  
 Ex ore pueri turpiter auditur iuriandum,  
 siue iocus sit, siue res seria. Quid enim turpi-  
 us eo more, quod apud nationes quasdā ad ter-  
 tium quodq; uerbum deierant etiam puellæ,  
 per panem, per uinum, per candelam, per qd

C s non?

DE CIVILITATE

non? Obscenis dictis nec linguam prebeat  
ingenuus puer, nec aures accommodet. De-  
niq; quicquid in honeste nudatur oculis homi-  
num, indecenter ingeritur auribus. Si res exis-  
git, ut aliquod membrum pudendum nomine-  
tur, circumitione uerecunda rem notet. Rur-  
sus si quid inciderit, quod auditori naufragi-  
eire possit, uelut si quis narret uomitum, aut  
latrinam, aut oletum, prefetur honorem auris-  
bus. Si quid refellendū erit, caue dicat, haud  
uera predicas, praesertim si loquatur grandis-  
ori natu, sed prefatus pacem, dicat, mihi sea-  
cus narratum est a tali. Puer ingenuus cum  
nemine contentionem suscipiat, ne cum aqua-  
libus quidem, sed cedat potius uictoriam, si  
res ad iurgium ueniat, aut ad arbitrum pro-  
uocet. Ne cui se preferat, ne sua iactet, ne  
cuiusquam institutum reprehendat, aut ullius  
nationis ingenium more suè suggiliet, ne quid  
arcani creditum euulget, ne nouos spargat  
rumores

## MORVM PVERILIVM.

rumores, ne cuius obtrectet famæ, ne cui pro-  
 bro det uitium natura insitum. Id enim non so-  
 lum contumeliosum est, & inhumanum, sed  
 etiam stultum, ueluti si quis luscum appelleat lu-  
 scum, aut loripedem loripedem, aut strabum  
 strabum, aut nothum nothum. His rationibus  
 fiet, ut sine inuidia laudem inueniat, & amicos  
 paret. Interpellare lequentem antequam fabu-  
 lam absoluere, inurbanum est. Cum nemine  
 simultatem suscipiat, comitatem exhibeat  
 omnibus, per paucos tamen ad interiorem fa-  
 miliaritatem recipiat, eosq; cum delectu. Ne  
 cui tamē credat quod tacitū uelit, Ridiculum  
 enim est ab alio silentij fidē exp̄lare, quam  
 ipse tibi non pr̄estes. Nullus autem est adeo  
 linguae continentis, ut non habeat aliquem in-  
 quem transfundat arcanum. Tutilissimum autē  
 est nihil admittere, cuius te pudeat si profes-  
 ratur. Alienarum rerum ne fueris curiosus &  
 si quid forte conspexeris audiueris, fac quod  
 scis

## DE CIVILITATE

Sciis ne scias. Literas tibi non oblatas limis intueri parum ciuile est. Si fors te præsente scrinum suum aperit aliquis subducito te. Nam inurbanum est inspicere, contrectare aliquid inurbanius. Item si senseris inter alios quos secretius oriri colloquium submove te dissimulanter, et in eiusmodi colloquium ne te met ingeras non accitus.

## D E L V S V.

In lusibus liberalibus adsit alacritas, absit peruvicatia rixarum parens, absit dolus, ac mendacium, Nam ab his rudimentis proficiuntur ad maiores iniurias. Pulchrius uincit qui cedit contentione, quam qui palmam obtinet. Arbitris ne reclamita. Si cum imperioribus certamen est, possisq; semper uincere, nonnunquam te uinci patere, quo ludus sit alacrior. Sic cum inferioribus luditur, ibi te superiorem esse nescias. Animi causa ludendum est, non lucr gratia. Aiunt puerorum indolem

## MORVM PVERILIVM.

indolem nusquam magis apparere, quam in-  
lusu. Si cui ad dolos, ad mendacium, ad ri-  
xam, ad iram, ad uiolentiam, ad arrogantiam,  
propensius ingenium, hic emicat naturae ui-  
cium. Proinde puer ingenuus non minus in  
ludo quam in conuiuio sui similiis sit.

## D E C V B I C V L O.

In cubiculo laudatur silentium & uere-  
cundia. Certe clamor & garrulitas indeco-  
ra est, multò magis in lecto. Siue cum exuis-  
te, siue cum surgis, memor uerecundiæ : caue  
ne quid nudes aliorum oculis, quod nos &  
natura teclum esse uoluit. Si cum sodali le-  
ctum habes communem, quietus iaceto, neq;  
corporis iactatione uel teipsum nudes, uel so-  
dali detractis pallijs sis molestus. Priusquam  
reclines corpus in ceruical, frontem & pes  
et signa crucis imagine, breui precatiuncula  
temet Christo commendans, Idem fas-  
cito quum mane primum temet erigis, à pre-  
catiuncula

## DE CIVILITATE

caciuncula diem auspicans. Non enim potes ab omni fœliciore. Simul ac exoneraueris aluum, ne quid agas nisi prius lota facie manusq; ore proluto. Quibus cotigit bene nasci, his turpe est generi suo non respondere moribus. Quos fortuna uoluit esse plebeios, humiles aut etiam rurestres his impensis etiam adnitendum est, ut quod sors inuidit, morum elegantia pensent. Nemo sibi parentes aut patriam eligere potest, at ingenium moresq; sibi quisq; potest fingere. Coslophonis uice addam præcatiunculam, quæ mihi uidetur propemodum primo digna loco. Maxima ciuitatis pars est, quum ipse nusquam delinquit, aliorum delictis facile ignoscere, nec ideo sodalem minus habere charum, si quos habet mores inconditiores. Sunt enim qui morum ruditatem alijs compensent dotibus, Neq; hæc ita præcipiuntur, quasi sine his nemo bonus esse possit. Quod si sodalis per inscitiam

MORVM PVERILIVM.

Inscitiam peccet in eo sine, quod alicuius uide  
tur momenti, solum ac blande monere ciuitatis  
tis est.

Hoc quicquid est muneris Henrice fili  
charissime, uniuerso puerorum sodalitio per  
te donatum esse uolui, quo statim hoc congiatio  
rio, simul & commilitonum tuorum animos  
tibi concilias, & illis liberalium artium ac  
morum studia commendes. Praeclaram indo  
lem tuam Iesu benignitas seruare dig  
netur, semperque in melius  
prouchere.

Datum apud Friburgum Brisgoide.

Mense Martio.

ANNO M. D. XXX.

LIPSIAE  
Excusit Nicolaus Faber.

51

PIETAS PVE-  
RILIS EX DIVER-  
SIS DOCTORVM  
MONVMEN-  
TIS.

COLLECTA

AB ADAMO SIBERO.

LIPSIAE  
IN OFFICINA VALENTINI  
PAPAE.

ANNO

M. D. LI.

СЕВЕРНАЯ  
СЕВЕРНАЯ  
СЕВЕРНАЯ  
СЕВЕРНАЯ

1 аи 48/74/11366(б)

БИБЛИОГРАФИЧЕСКАЯ

БИБЛИОГРАФИЧЕСКАЯ

БИБЛИОГРАФИЧЕСКАЯ

БИБЛИОГРАФИЧЕСКАЯ

26

IOACHIMVS CAME  
RARIVS PABER G. ADAMO  
SIBERO SCOLAE ILLVSTRIS  
MAGISTRO CREMAE.



VE M longo uenerans iam tempore  
diligo, propter  
Ingenij ac morum probitatem &  
Apollinis artes,

Nuper decretoram cum nostro ad te proficiisci  
Stramburgi dubijs perspecto rebus amico  
Et quo nec melior nec clarior est uir, A dame:  
Sed pituita fuit cupidum remorata molesto  
Cum brancho & tuſi. Interea tua carmina trado  
Nostro edenda Papæ, tum me uirtute tuaq;  
Consolor constante operæ studijq; labore.  
Namq; fatebor enim, prope iam mihi pectore ab ipso  
Vsque pedes animus trepidat delapsus ad imos,  
Et desperantis procul ingenium refugit, dum  
Nulla mihi reliquum iam nunc facit auxilium ſpes  
Pacis, & inceptas uideo pertexere telas  
Teutonidos furias terræ. Rursum æra sonare  
Audio & armatas in castra coire cohortes.  
Non obſtant hiemis bellorum frigora cladi,  
Et calcat glaciem per campos miles apertos,  
Naturæq; modum & uincit legem improba uirtus.  
Sic uectus euicit glaciales Hannibal alpes  
Et niuium ſilia flagrante liquauit aceruos

A 2 Et

Et feruente udas rupes mollinit aceto.  
Ipse quoq; insanos ne Martis Iuppiter ausus  
Impediat retro finit hunc præcurrere cedens  
Nec propior rabidas pugnarum mitigat iras  
Illustrirutilos aut sidere temperat ignes.  
Hic et Apollineæ tendit de limite metæ  
Ledeæ ad sobolis rursumq; reuertitur astrum  
Libera Gradiu donec fax æthere summo  
Ardeat et terris incendia desuper addat.  
Hinc ne discedat cito cauſas undiq; querit,  
Progresſusq; parum rursum se deinde retorquet,  
Inſistensq; abiensq; iterum ſic conficit astrum.  
O dura Aonidum hoc in tempore fata ſororum  
Et quibus ingenui ſtudij ſunt ocia cordi:  
Non locus hiſ toto prope iam patet ullus in orbe  
Barbariae excludis rabie, pulcrum eſſe uidetur,  
Omnibus ad bellū ſe conuertiffe furores,  
Nulla exempla placent præſenti mitia uitæ,  
Nec ratio magis incepſas humana gerit res  
Confiliumue ualeat uel cura eſt ordinis ulla:  
Sed frictas audax petulansq; inſania mentes  
Inſedit, uersatq; uices temeraria rerum  
Ambitio, et præceps inflat cor gloria uanum.  
Vna ſalutis miſeris, ſpes unica reſtat egenis  
Auxiliij, uox sancta precum, gemitusq; fideliſ  
Pectoris, et lacrimæ nunquam pietatis inaneſ.  
Procidat ante Deum noſtræ confefſio culpe,  
Et uenia oretur, celebrent quoque carmina priscæ  
Noſtra ſimul bonitatis opus, præq; omnibus unum  
Patronum mediumq; fides hominumq; Dei;

Appræ-

Aprehendat teneatq; Dei te Christe parentis A<sup>97</sup>  
Aeternam sobolem, Qui nostræ criminâ carnis  
Purgasti, auertens peccati tristia damna,  
Iusticiæq; decus reparans. Nunc tollere rursum  
In celum ora licet culpæ secura prioris.  
Nunc sanctus, meritisq; tuis fit quilibet insons,  
Mortiferæ ante Dei poenit obnoxius iræ.  
Hanc dum curam opera adiutas studiisque fideli,  
Officium & ueræ monstras pietatis Adame,  
Et teneri cœtus celesti pectora comple  
Religione, facis quod te decet. Et Deus ipse  
Talia facta probat, forte & placatus ad huius  
Summissum pietatis opus, cum barbariæ se  
Tum fraudum opponet pesti scelerumque furori,  
Atque aliqua innocuis concedens ocia Musis,  
Hospitium studijsq; pijs seruabit in oris  
Misericordiæ artiq; bonæ. quod tūque tūque  
Nos nostriq; simul uobiscum oramus Adame.

XI. Calend. Decembris.

A 3 AVTO

## A V T O R V M N O M I N A .

Adamus Siberus.  
Blasius Fabricius.  
Eobanus Hessus.  
Erasmus Roterodamus.  
Euricius Cordus.  
Georgius Aemilius.  
Georgius Fabricius.  
Hermannus Buschius.  
Hiobus Madeburgus.  
Iacobus Micyllus.  
Ioachimus Camerarius.  
Ioannes Gigas.  
Ioannes Riuius.  
Ioannes Sauromannus.  
Ioannes Stigelius.  
Ioannes Sturnus.  
Lucas Gauricus  
Ludouicus Bigus Pictorius.  
Marcus Hieronymus Vidas.  
Matthias Marcus Dabercusius.  
Nicolaus Borbonius.  
Petrus Suederus.  
Philippus Melanthon.  
Salmonius Macrinus.  
Thomas Venatorius.

A D A M I

28

ADAMI SIBERI ELEGIA DE CONIVNGENDA  
PIETATE CVM LITERIS.  
AD PVEROS STV=  
DIOSOS.

Quæ docta ingredenteris Musarum templi iuuen= Aoniōq; sitim fonte leuare cupis : (tus,  
Res præclara quidem est linguas didicisse disertas,  
Artibus & cultum pectus habere bonis.  
Namq; animalia erit quantum inter cetera nōsque  
Qui creti humano semine cunq; sumus,  
Siquidæ claro rationis lumine caſi,  
Naturæ proprias non tueamur opes ?  
Abſtergent noſtris coenam caliginis artes,  
Dāntq; oculis clara luce uidere diem.  
Iudicium formant, ſimul ignorantia ueri,  
Barbariesq; animo, quæ fuit ante, fugit.  
Tollitur asperitas, que res pulcherrima, mores  
Naturæ culti conuenienter eunt,  
Plus quam dimidia eſt ut homo qui bellua parte,  
Sic hominis nomen totus habere queat.  
Nec tamen hæc uera contendere gloria laudi,  
Altera qua nequeat maior et eſſe, potest.  
Laus eſt uera trahi pulchro pietatis amore,  
Maxima cum C H R I S T O gloria noſſe Deum. “  
Hoc ſine quid prodeſt, ſua ſi tibi carmina donet  
Phœbus, & Aoniam Calliopea chelyn ?  
Quid magni ſcriptis anūmum emendasse Platonis,  
Et Stagera tui dogmata noſſe ſenis?

**E**sse quid instructum prodest Demosthenis armis,  
Grande quid Aesonio cum Cicerone loqui  
**A**rtibus ornatus nempe omnibus ibis ad orcum,  
Iratique grauis te manet ira Dei.  
Non satis ergo puta, Phœbi lustrare recessus,  
Castaliāmque umbram, Pieridūmque choros.  
**S**it tua cura Deum cognoscere prima parentem,  
Ista tibi noctes auferat, ista dies.  
**H**uc tamen ut noris, studeas cognoscere C H R I S T U M ,  
» Qui nouit C H R I S T U M , nouit & ille patrem.  
**H**uic te commenda precibus, tuaque omnia soli,  
Huic grates memori pectore semper age.  
**D**et, pete, sacra tibi diuini munera flatus,  
Qui uitium ex animo diluat omne tuo.  
**M**ente Dei pura uerbum perdiscere, quidquid  
De uerāque docet religione, queas.  
**Q**ualia & hæc, paruo que nunc ingesta libello,  
Non parua ingenij dat tibi cura mei.  
**H**uic tua se bonitas homines diffundat in omnes,  
Quāq; alios poteris parte iuuare, iuuā.  
Quām pietate decet iusta coluisse parentes,  
Quōsque loco patrum iusserrit esse Deus.  
Quām decet & dictis & factis esse modestum,  
Officio assiduum muneris inq; sui.  
» Sobria uita, animi patientia, dextra benigna,  
» Munera sunt mentis signaque certa piæ.  
Ad que si linguis, & iunges sedulus artes,  
Et bonus & iustus, non modo doctus eris.  
Quūmque alios rursus de religione docebis,  
Ad celi monstrans Sydera qua sit iter.

Tum surgens olim rediuiuo corpore, CHRISTE

Ad uocem, busto quo tua membra cubant,

Vt celso fulgent nitidissima Sydera cœlo,

Inter fulgebis clarus ex ipse pios.

Maxima perpetua lucratus gaudia uite:

In CHRISTO doctos gloria tanta manet.

cc

cc

## AD EOSDEM.

Prima bonæ mentis sit cura, sit altera morum,

Tertia litterulas perdidicisse bonas.

Quæ uirtute caret, non est doctrina putanda,

Et CHRISTVM ignorans bellua totus homo est.

cc

cc

## A 5 CAPITA

CAPITA CHRISTIA-  
NAE PIETATIS ORATIONE  
NUMEROSEA DIVERSORVM STI-  
LO EXPOSITA.

S Y M B O L U M A P O S T O-  
L O R V M E R A S M I R O T E =  
R O D A M I .

I.



Onfiteor primum ore pio, ue=nerorque fideli  
Mente Deum Patrem, uel nutu=cuncta potentem,  
Hunc, qui stelligeri spaciofa uolumina cœli,

Et solidum omniparæ telluris condidit orbem.

II. Eius item gnatum IESVM, cognomine CHRISTum,  
Quem Dominum nobis agnoscimus & ueneramur.  
Hunc Maria afflatu diuini numinis, aluo  
Concepit Virgo, peperit purissima Virgo.  
Et graue supplicium immeritus damnante Pilato,  
Pertulit, infami suffixus in arbore mortem  
Oppetiſt, tumulatus humo est, claususq; sepulchro,  
Interea penetrat populator ad infera regna.  
Mox ubi tertia lux mœſto se prompſerat orbi,  
Emerſit tumulo superas rediuiuus in auras.  
Inde palam ætheream scandit sublimis in arcem:  
Ilic iam dexter patri affidet omnipotenti,

Inde

30

Inde olim redditurus, ut omnem iudicet orbem,  
Et uiuos pariter, uitaque & lumine cassos.  
Te quoq; credo fide simili Spirabile numen,  
Halitus, afflatusq; Dei sacer, omnia lustrans.  
Et te confiteor sanctissima concio, qua gens  
Christigena, arcano nexu coit omnis in unum  
Corpus, & unanimis capiti sociatur LES V:  
Hinc proprium nescit, sed habet communia cuncta.  
Hoc credo in cœtu sancto peccata remitti.  
Nec dubito quin ex animata cadauera rursum  
In uitam redeant, animas sortita priores.  
Vtraque pars nostri, corpūsq; animusque deinceps  
Iuncta simul, uitam ducent sine fine beatam.

III.

## IACOBI MICYLLI.

**P**rincipio Patrem cœli terræq; potentem,  
Ingenitum, eternum credimus esse Deum.  
Cuius in immensum patet, & sine fine potestas,  
Qui regit ac pascit, quidquid ubique uides.  
Credimus et sanctum, C H R I S T I cognomine natū, II.  
Prædictum oraclis, carminibꝫque Deum.  
Quem Marie clauso concepit spiritus aluo,  
Mox hominem peperit nescia Virgo uiri.  
Qui quondam diræ passus ludibria mortis,  
In cruce pro nobis uictima facta Patri est.  
Venit & ad Stygios, tumulato corpore, manes,  
Infernāisque nouo terruit ore domos.  
Mox iterum superas abiit rediuius in auras,  
Tertia cum Phœbi redderet ora dies.

I.

II.

Firmatisq;

Firmatisque suis, cœlum descendit, & alta  
Scandibilem nobis fecit ad astra uiam.  
Hic cum Patre sedens regnat, dum luce suprema  
Pro merito prauos iudicet, atque bonos:  
Tunc cum flagrantem rapient incendia mundum,  
Et stabunt tumulis corpora uiua suis.

- III. Numen & amborum de numine credimus illum,  
Qui super æquores Spiritus ibat aquas.  
Idem qui mentes regat & conseruet in euum,  
CHRISTI quas eadem iunxit amore fides.  
Hinc ueriam culpæ factam, clausque relictas,  
Soluere quæ noxas, quæq; ligare ualent.  
Et reduces animas in corpora morte redempta,  
Ultima cum summum finiet hora diem.  
Ac tandem sine fine datam per secula uitam,  
Gaudiq; in tempus mentibus esse pijs.

## PETRI SVEDERI.

- I. V Num mente Deum credo uenerōrque fideli,  
Qui regit arbitrio cuncta creatuæ suo.  
II. Quémq; innupta Deum concepit fœmina C H R I S T U,  
Numinis afflatu uiuificante sacri.  
Qui, ne tartaram cuncti ingredieremur Abyssum,  
Pro nobis mortem durāq; fatal tulit.  
Mortéq; deuicta, fractoq; Acheronte triumphans,  
Astra grauis iudex, post redditurus, adit.  
III. Te quoq; credo fide simili Spirabile numen,  
Omnia sanctificas qui bonitate tua.  
Et te communi, sanctissima concio, uerbo  
Tristia peccati soluere uimla reor.

Nec

Nec dubito reducem deserta ad corpora uitam,  
Vitam, quæ stabili lege perennis erit. 31

## IOANNIS SAVRO- MANNI.

**C**redo pia in nostrū ratione Deūmq; Patrēmq;  
Omnia quem statuo numīne posse suo. I.  
Qui nitidis stellis clarum fabricauit Olympum,  
Cuius & est uerbo terra creato pio.  
Credo quoq; in CHRISTVM simili pietate colendū, II.  
Unicus est nostri Filius ille Dei.  
Omnis huic patrij est subiecta potentia regni,  
Qui regit arbitrio cuncta creato suo.  
Penē fide maius, fuerat conceptus in aluo  
Virginis, afflatu numinis ille sacro.  
Postmodo conceptum peperit purissima Virgo,  
Quæ Maria est certo nomine dicta suo.  
Quique fuit passus sub iniquo multa Pilato,  
Præside Iudæi Cæsareo populi. —  
Affixusque cruci miseranda morte necatus,  
More palæstina deinde se pultus humo.  
Interea uindex ad tartara cæca receſſit,  
Ius adimens nigris, imperiumque Deis.  
Térque ubi præbuerat mundo sua lumina Titan,  
Surrexit per se uiribus ipſe suis.  
Stelligeras scanditque domos, ubi cuncta potentis  
Proximus ad dextram nunc sedet usq; Patris.  
Inde redibit, ut & uiuos, uitaque carentes  
Iudicet, & toto quæ sit in orbe fides.

Inq;

III. Inq; Dei flatum credo, Spirabile numen,  
Cuius agunt uitam flamine cuncta suam.  
Confiteor sanctos homines, coetumque piorum,  
In quibus est ueri cultus, amórumque Dei.  
Quos quod habent I E S V communia dogmata  
Communi dicas nomine Christicolas. (CHRISTI,  
Omnia per C H R I S T U M fateor peccata remitti,  
Omnibus his quibus est indubitate fides.  
Credo quod hæc olim rursus caro nostra resurget,  
Quodque procul dubio uita perennis erit.

## GEORGII AEMILII.

I. Credimus esse Deum, cœli terræq; parentem,  
Qui sine fine manet, principio que caret.  
Cuius in immensum protenditur alma potestas,  
Nec bonitas metam, qua teneatur, habet.  
Iusticie qui fons, à quo sapientia manat,  
Cuius ab afflato prouenit omne bonum.  
Ille suo cœlum nutu terramque creauit,  
Et ualida seruat cuncta creatuæ manu. /

II. Credimus et C H R I S T U M patrio de numine natū,  
Qui saluatoris nomen I E S V S habet.  
Natus ab æterno soboles æterna parente,  
Supremi Verbum dicitur ille Dei.  
Est etenim uere diuinæ mentis imago,  
In quo cognosci uultque potestque Pater.  
Hic genus humanum per tristia crima lapsum,  
Posset ut in priscum restituisse genus. /

Venit

Venit in hanc nostram cœli de culmine carnem,  
Et Deus assumptus est corpore factus homo.  
Nec tamen humano conceptus more, modoque,  
Diuina genitus sed ratione fuit,  
Spiritus e' coelo ueniens, in Virginis aluum,  
Afflatus subiit uiscera casta suo.  
Intactumque replens diuino semine uentrem,  
Reddidit, ut mater uirgo Maria foret.  
Filius hinc summi C H R I S T V S uirtute parentis  
Nascitur, atque Deus nomen homoque tenet.  
Venerat ad nostram cœlesti sede salutem,  
A Eternis cupiens nos reparare bonis.  
Pro pietate sua tali, & bonitate, sed illi  
Redditus eheu quam non gratia digna fuit?  
Nam Iudæa uirum insontem gens impia cepit,  
Irarum furijs exagitata malis.  
Criminibus falsis onerant, unumque necari  
In iustis studijs uirque puérque rogant.  
Quis memoret plagas, conuicia, uulnera, sannas,  
Quæ patiens animo pertulit ille pio?  
Talia Romano sub præside facta fuerunt,  
Pontius huic nomen forte Pilatus erat.  
Ille suo tandem populo damnauit I E S V M,  
Quamlibet insontem cerneret esse uirum.  
Ergo cruci affixus moritur, qui criminis expers,  
Crimina fert uere corpore nostra suo.  
Quinetiam gemini pendent utrinque latrones,  
In quibus ut summum prominet ille scelus.  
Testantur cœlum tenebris, manesque sepulchris,  
Terra, petræ, uelum, morte perire Deum.

Impositum

Impositum corpus tumulo fuit inde recenti,  
Concessum uotis Arimathæe tuis.  
Interea C H R I S T I dum membra sepulta quiescunt,  
Spiritus infernas cœpit adire domos.  
Hic eribi dominum uicit, regnumque subegit  
Illi⁹, & priscis uincula dempsit auis.  
Tertia iamq; dies claro surgebat Olympo,  
Atque nouum Phœbi lumine mane fuit,  
Cum redijt CHRISTVS superas rediuius in auras,  
Deuictæ mortis conscientia signa gerens.  
Sponte sua clauso lapides cessere sepulchro,  
Inde fugam uigiles arriputere uiri.  
Deniq; discipulos cum confirmasset I E S V S,  
Venerat & decimus iam quater inde dies,  
Montis oliuarum conscientia culmine, sursum  
Ad superas scandens transiit ille domos.  
Spectantesque uiros medio sermone reliquit,  
Nube caua assumptum circumeunte Deum.  
Angelici cœtus Dominum comitantur euntem,  
Ille triumphato uictor ab orbe redit.  
Captiuosque trahens spolijs cum fortibus hostes,  
Humano generi munera distribuit.  
Atria se Domino uenienti lucida pandunt, .  
Excipit & reducem cœlica turba Deum.  
Hic uero ad dextram chari sedet ille parentis,  
Cum quo summa tenens, imaque cuncta regit.  
Vna eadem Patri rerum natique potestas,  
Par decus ambobus, gloria parq; manet,  
Imperium sine fine tenent, pariterque gubernant,  
Est cœlum sedes, terrāq; fulcrum pedum.

Hinc

Hinc iterum C H R I S T V S ueniens sub fine dierum,

33

Buccina terribilem cum dabit alta sonum,

Quando resurgentes homines sua membra resument,

Vt ueniant summi iudicis ante thronum.

Iudicium toto Dominus celebrabit in orbe,

cc

Lætificum rectis, luctificumque malis.

cc

Cornigerosque pijs hircos discernet ab agnis,

Et sua pro merito præmia cuiq; dabit.

Euitanda uenit nulli sententia, siue

Viuus adhuc, seu iam morte solutus erit.

Credimus et sanctum cœli Spirabile numen,

III.

Vnum cum nato, cùmque parente Deum.

A Patre procedens qui Spiritus exit ab æuo,

Omnia uiuificans luminis igne sui.

Ille Prophetarum, Patrumque per ora locutus,

Edidit æterni cœlica iussa patris.

Venturumque Dei natum predixit in orbem,

Deleat ut mundi crimina morte sua.

Filius hunc cœlum repetens dimisit ab alto,

Excitat ut ueram cordibus ille fidem.

Hoc duce colligitur per totum Ecclesia mundum,

Vnanimi C H R I S T V M relligione colens.

In qua sinceri resonat vox unica uerbi,

Sunt q; pares cultus, est eadémq; fides.

Quamlibet hic cœtus totum sit sparsus in orbem,

Omnibus in C H R I S T O mens tamen una manet.

Hunc saluatorem credunt cuncti q; fatentur

Esse redemptorem, iusticiamq; suam.

Nec diuina deest animis communio sanctis,

Communis pietas quos ligat, atq; fides.

B

Hic

Hic peccata solent cunctis admissa remitti,  
Gratia quos C H R I S T I munere parta iuuat.  
Namq; duas claves uerbi dedit ille ministris,  
Claudere quis possint & referare polos.  
Quidquid ab his fuerit resolutum, siue ligatum,  
Hoc etiam in celo credimus esse ratum.  
Nec magnum est adeo crimen, mediator I E S U S  
Quod tibi si credas, non abolere queat.  
Deniq; post mortem quondam caro nostra resurget,  
Primaq; ut accepit, corpora reddet humus.  
Hoc uirtute Dei fiet, qui reddere uitam  
Numine defunctis omnipotente ualeat.  
Hinc tandem æternæ speramus gaudi uitæ,  
Quæq; manent cunctos cœlica regna pios.  
Atq; hec sunt fidei certissima Symbola nostræ,  
Credere quæ C H R I S T U M corda professa decet.  
Ille fidem nostram confirmet & augeat, olim  
Omnibus in cœlum quò patefiat iter.  
Hoc Pater, & Natus iubeant, quibus æqua potestas,  
Hoc uelit amborum Spiritus esse ratum.

## A D A M I S I B E R I .

I. Credo in Deum Patrem, creauit omnia  
Qui præpotens uerbo suo è nihilo, tuens  
Et nunc regit, tellurem, aquas, & æthera.  
II. Et Filium credo unicum Dei Patris  
In C H R I S T U M I E S V M , Dominus omnium sa-  
Conceptus est qui Spiritus de numine, (cri-  
Homóque Maria natus est ex Virgine.  
Sub Pontio passus Pilato præside,

Pendens

Pendens latrones inter, affectus cruce.  
Qui mortuus, sepultus est, ad inferos  
Descendit, è tumulo dié que tertia  
Surrexit, ad cœlumque conscendit, sedet  
Ad dextram ubi Patris Dei, uenturus est  
Et inde uiuos iudicare & mortuos.

In Spiritum sanctum Dei credo, Deum  
Cum Patre uerum Filióque, catholicam  
Ecclesiam credo: pijs communia  
Remissionemque, ueniamque criminum:  
Et carnis excitationem à mortuis:  
Vitamque seclis quæ manebit omnibus.

34

III.

## ORATIO DOMINI

CA, MATTHAEI VI.

LVCAE XI.

## MARCI HIERONYMI VIDÆ.

O Mnipotens genitor, sedes cui lucidus æther,  
Sic nomen, laudesque tuæ celebrentur ubiq;  
Et promissa orbi incipient procedere lustra:  
Cum tua non minus in terris gens iussa faceſſat      I.  
Mortalis, quam cœlicolæ tibi in æthere parent.      II.  
Nos diuina hodie cœlo dape refice ab alto.      III.  
Parce dehinc bonus, ut nostris ignoscimus ipſi      IV.  
Hostibus, ac nullis aduersis obijce inermes      V.  
Tentando, prohibe à nobis sed cuncta pericla.      VI.

VII.

B 2 IACOBI

## IACOBI MICYLLI.

- O** Pater, ô rerum sola atque æterna potestas,  
Sub pedibus cuius sydera clara micant.  
**I.** Da precor, ut sancto cuncti uenerentur honore,  
Nomen in hoc toto, quâ patet, orbe tuum.  
**II.** Da, quô te uera tandem pietate colentes,  
Fiamus regni pars quotacunque tui.  
**III.** Ac pariter toto cœlo, totumque per orbem,  
Cuncta tuo arbitrio conuenienter eant.  
**IV.** Nec non præsenti uitium Pater optime uitæ  
Suffice, & hæc solito corpora pasce cibo.  
**V.** Atque ut nos alijs, tua sic commissa uicißim,  
Et nostrum nobis, quæso remitte nefas.  
**VI.** Nec nos tentari patiaris ab hoste, nec ultra  
Quam tolerant uires, pectora nostra premi.  
**VII.** Sed simul à cunctis uitæq; animæq; periclis,  
Præsidio fretos ipse tuere tuo.  
Solus enim regnas, soli tibi summa potestas,  
Gloriaque in nullos emoritura dies.

## SALMONII MARINI.

- Q** Vi cœlos habitas omnipotens Pater,  
Sit sanctum usq; tuum nomen amabile.  
**II.** Promissa adueniant secla fidelibus.  
**III.** Terris iussa homines sic peragant tua,  
In cœlo illa facit cœtus ut diler.  
**IV.** Nos diuina hodie pasce bonus dape.  
**V.** Et nostris uitij parce, uti parcimus

illis,

*illis, quorum opera ledimur hostibus.  
Tentando neque nos destituas malis,  
Sed pellas opifer cuncta pericula.*

35  
VI.  
VII.

## GEORGII FABRI C I I.

*O Pater omnipotens, cœli qui lucida torques  
Sydera, sit sanctum nomen ubiq; tuum.  
In coelo & terra fiat tua magna uoluntas,  
Et regnum adueniat Rex uenerande tuum.  
Panem etiam & uitæ nobis alimenta caducæ,  
Atque suas animæ da Pater alme dapes.  
Fratribus ut nostris peccata remittimus: Et sic  
Debita propitiis nostra remitte quoq;  
Ac ne crudeli nimium tentemur ab hoste,  
Istum da contra fortia corda malum.*

I.  
II.  
III.  
IV.  
V.  
VI.  
VII.

## GEORGII AEMILII.

*SVmme parens, qui tecta tenes sublimia cœli:  
Effice diuinum quo sanctificetur in omni  
Orbe tuum nomen: uelut est super omnia sanctum.  
Adueniant hominum generi cœlestia regna.  
In terris etiam fiat tua sola uoluntas:  
Angelici tanquam parent ad iussa ministri.  
Hinc panem uitæ miseris largire precamur  
Quotidie. Tum nostra pius peccata remittas:  
Debita nos alijs ceu cuncta remittimus ipsi.  
Nec pater induci miseros patiaris ab hoste,  
Vexat ubi nostras curis tentatio mentes:*

I.  
II.  
III.  
V.  
VI.

B 3 Sed

VII. Sed nos fida malo tua dextera liberet omni:  
Vt laetis animis cœlestia regna petamus.

## LVCAE GAVRICI.

**O** Pater omnipotens, resedes qui in culmine cœli:  
I. Sanctificent omnes nomen ubiq; tuum.  
II. Adueniātque tuum regnum: fiātque uoluntas  
III. Vsq; tua, in terris non secus atque polo.  
IV. Dāque hodie panem nostrum, cunctisque diebus,  
Qui uiires foueat corporis atque animæ.  
V. Nominibus nostris uelutique remittimus ipſi:  
Debita ſic nobis noſtra remitte precor.  
VI. Ne nos inducas tentemur ab hoſte maligno:  
VII. Liberet à cunctis fed tua dextrâ malis.

## ADAMI SIBERI.

**O** Summe, qui cœli incolis domum Pater,  
I. Nomen locis celebretur omnibus tuum.  
II. Regnum tuum adueniat: uelut cœlo ſolet  
III. Fieri, Voluntas fiat in terris tua.  
IV. Fragili cibum dona benignus corpori.  
V. Bonus remitte admissa nobis crimina:  
Vt cuncta nostris fratribus remittimus.  
VI. Ne nos ſinas tentari ab hoſte, qui fitit  
VII. Noſtram ſalutem: Sed periclis omnibus  
Et corporis, animæq; libera malis.  
Quia eſt tuum regnum, tua eſt potentia,  
Et ab omni in omnem æternitatem gloria.

I O A N<sup>o</sup>

36

## IOANNIS SAVRO<sup>36</sup>

MANNI.

- C**hare pater, summi residens super æthera cœli:  
Clarescat sanctum nomen ubiq; tuum. I.  
Adueriant magnum late tua regna per orbem:  
Nósque regat sanctus Spiritus ipse tuus. II.  
Fiat & in terris itidem tua rite uoluntas:  
Atq; solet fieri sedibus æthereis. III.  
Da nobis hodie potumq; cibumq; salubrem:  
Erudias uerbo pectora nostra tuo. IV.  
Da ueniam, nostræ dimittens debita culpæ:  
Nos siquidem facimus debita missa alijs. V.  
Ne nos tam grauibus feriat tentatio curis,  
Cogat ut his nostram succubuisse fidem. VI.  
Sed quæcumq; solent nostræ contingere uitæ,  
Omnibus eripiæ nos Pater oro malis. VII.

## BLASII FABRICII.

- C**onditor mundi, Dominusque rerum,  
Qui Pater noster cupis inuocari,  
Et super cœlos moderaris imis  
Omnia terris.  
Quæso fac gentes habeant honorem  
Nomini sancto, quia laude dignum  
Maxima, cuncti paueant, améntque  
Te Pater alme.  
Spiritu sancto rege corda nostra,  
Ut tuum regnum properans sequatur:  
Tecum & heredes habitemus alti  
Culmen olympi.

B 4 Deniq;

- III.** Deniq; ut cœlo tua fit uoluntas,  
 Angeliq; implent pia iussa sponte,  
 Sic in hac terra simili ligemur  
 Fœdere cuncti.  
**III.** Corpori, ex nostris alimenta membris  
 Poscimus, panemq; animæ salubrem,  
 Atq; quod sanctis super alta donas  
 Sydera nectar.  
**V.** Nos quoq; eramus miseri malique,  
 Sed tua fac nos bonitate iustos:  
 Omnibus rursus ueniam daturi  
 Tempore quoq;.  
**VI.** Utq; Getulis leo rugit aruis,  
 Cum grege inuadens pauidos magistros:  
 Sic tuum terret trepidum cruentus  
 Hostis ouile.  
**VII.** Cuius è diro bone pastor ore  
 Libera, quite miseris querelis  
 Inuocant, sic nos hilari Amen, Amen  
 Voce canemus.

## LUDOVICI BIGI PICTORII.

**Q**uid rogo Syderei potui dominator Olympi,  
 In natum recipi promeruisse tuum?  
 Cur seruum tanto Rex dignareris honore,  
 Scrutari humana quis ratione queat?  
 Cum referas te summa citi colere atria mundi,  
 Innuis, ut tantum dona superna petam.

Scilicet

Scilicet astrorum Dominum terrena rogarim,

Quæ plerumq; hominem præcipitare solent.

Sed quæ spe, & quali cœlestia fronte precari

Ausim, de fragili uas ego uile luto?

Euhoe certa mihi datur hinc fiducia, cum te

Omnibus esse Patris confiteare loco.

Precipuis igitur petimus super omnia uotis,

Vt tuus in cunctis semper ametur honos.

I.

Nam si res aliqua ipsarum bonitate creatæ

Diligimus, poteris cui satis ipse coli?

Ipsa etenim es bonitas, & ut optimus ipse, creasti

Cuncta bona, & durent in bonitate facis.

Ergo nihil tua respiciens opera, ut tibi nullo

Debita reddatur gloria sine, precor.

Quodq; mea intersit, me dirige, quâ tibi maior

Crescat honos, uel si me styga adire uelis.

Nil queror, en adsum, licet id me duriter angat,

Quod te in tartareo carcere nullus amat.

Cum tamen æternum tota ui mentis in æuum,

Sit desiderium te coluisse meum.

Sic tua se homines clementia fundat in omnes,

Currat & ad ueram gens aliena fidem.

Jamque tuum mandans regnum aduentare, flagello

II.

Parce, per iniustæ signa uerenda crucis.

Quod si malueris poena adfecisse nocentes,

Quod placet hic, super a sicut in arce iube.

III.

Nam si uno angelicæ grauiter cecidere caterue

Flagitio, e summis ima sub antra polis:

Dedecet an scelerum plenos, dignosq; sub orco

Supplicio, hic aliquod nos subijisse malum?

Perde pecus, subuerte casas, atque obrue natos,  
Viuāque fac scateant corpora uermiculis.  
Laudarite malo mea ob dispēndia, quā quis  
In requie tantum murmurēt esse reum.

- IV. Ut prius ergo tuos optauit gratus honores:  
Fas ita sit nostrum debinc cupisse bonum.  
Non ego diuitias Crœsi, non robur Achillis  
Posco, nec Aonijs congrua plectra sonis.  
Da precor ut liceat, qui uiuus ab æthere fulsit,  
Perpetuo nobis tempore pane frui.  
O hominum tandem felicia pabula, quando est  
Huius ab aduentu nostra renata salus.  
Cuncta prius densis fuerant immersa tenebris,  
Optatum nobis attulit iste iubar.  
Cūq; suo tunc pane carens humanus obiret  
Spiritus, æternos nunc habet inde dies.  
» Hunc mandet, uesci quicunque salubriter optat,  
Non secus ac animo præmeditante crucem.  
Vtq; salutari bene digerat ordine, plangat  
Corde sui opprobrijs compatiente ducis.  
Eius & exemplo (quod perficit omnia) uitam  
Transigat, & lata non amet ire via.

- V. Quod ne delictis cunctanter agamus onusti:  
Crimina nostra tuo sanguine C H R I S T E laua.  
Heu quoties luxu, quam sèpe cupidime famæ,  
Quam misere læsi te pede, uoce, manu.  
Sed quotus est dolor inde tamen meus? obsecro, mecum  
Mortis agas recolens præmia sola tua.  
Nos etiam rabidis ueniam damus hostibus, & ne  
Quam cupiunt, renuas ferrero gamus opem.

Quod

*Quod reliquum est, concede simul, ne carnis amore*

VI.

*Seu mundi, inceptum destituamus iter.*

*A uafro que rudes Erebi Ioue protege sensus,*

VII.

*Mé que prius, uiaam quam male, quæso, neca.*

## IOANNIS STIGELII.

**H**as tibi corde preces Deus optime maxime fundo,  
*Tempore in extremo, dubio in discrimine mundi,*  
*Impia dum Geticum sumens in foedera cornu*  
*Bestia, sic ueteris stimulante furore Draconis,*  
*Exitium mundo molitur, & omnia turbat.*  
*Hei quam parua manus, numerus quam parvus eorum est,*  
*Ex animo cupiunt qui fratrem agnoscere C H R I S T U M .*  
*Téque Patris coluisse loco: Sed respice partem*  
*Hanc quamcunq; tuaam, tua qui sacra uerba professi*  
*Esse tui cupimus, nisi mens uiciofa repugnet.*  
*Illa quidem antiquam iam pridem ab origine labem*  
*Pressa trahens, oculis quædam uestigia cernit*  
*Mandati ueneranda tui: Sed uiribus impar*  
*Nec quidquam propria uirtute placere laborat.*  
*At tu summe Deus, fons rerum & dulcis origo,*  
*Mens æterna, potens, sapiens, sola omnia præstans,*  
*Omnibus in rebus cuius uestigia monstrat*  
*Autoris natura memor, qui solus & unus*  
*Omnia perpetua Dominus ratione gubernas,*  
*Quæ cœlum, quæ terra tenet: qui conscientia fati*  
*Consentire iubes terrenis Sydera rebus,*  
*Ne casu soluatur opus: qui tempora certis*  
*Distinguis uicibus, facis omnia, & omnia seruas.*  
*Tu nos degeneres uultu miseratus amico.*

A nobis

A nobis audire Pater dignaris, & orbi  
Sponte tuum mittis fraterna in foedera natum,  
Abluat ut sordes nostras, & crimina tollat,  
Et reddat meritam dulcem pro morte salutem.

I. D. A Pater ut possim te uero agnoscere cultu  
Et nomen celebrare tuum, ueroq; timore  
Te Patrem sentire Deum, da gloria sicut.  
Sancta tua est per se, sic uero semper honore  
Luceat in nobis, tua qui nos membra fatemur.  
Ne leuis ambitio, ne uani gloria mundi  
Transuersos rapiat, rebus sed in omnibus uni  
Semper honor, nomenque tibi laudesque ferantur.  
Impia corrupti cedant uestigia cultus,  
Stultaque fictilibus fidens reuerentia diuinis,  
Et pietas omnis fucatae conscientia curae.  
Me nutu dignare tuo, ne forte recusem  
Imperio parere tuo, tua iura uereri.

II. PER GE tuum late populis extendere regnum,  
In quo non strepitus pomposæ splendidus aulae,  
Non aurum, non arma sonant, non quidquid inerti  
Blanditur mundo, fucoque arridet inani:  
Sed colit unanimis regem concordia CHRISTVM,  
Propagatque pios simplex Ecclesia cultus  
Angelicis adiuta choris. Da nescia frangi  
Pectora, da uires animis tua dona profesis.  
Et flammis accende tuis, ut fortiter ausi  
Vera repugnanti inculcent tua dogmata mundo.  
Insidias prohibe Sathanæ, compesce tyrannos,  
Atq; suum turbam turpi que squalida coeno  
In gemmas ruit ecce tuas: dele omnia uitæ

Exempla

Exempla impuræ, sacra cordibus instrue templa,  
 Que resonent CHRISTI noctesq; diesq; triumphos,  
 Expectentque simul redditum, atq; omnia mundi  
 Censurum scelera, & meritis noua regna daturum.

ET quoniam affectus nobis natura reliquit  
 Principio corrupta malos, nec nostra uoluntas  
 Per se gratatiki est, semper contraria coelo  
 Et uerbo aduersata tuo: tua sancta uoluntas  
 Nos regat, & facta primum spectetur in omni.  
 Fac nihil incipiam, nisi quo d confidere possim  
 Ante tibi placitum, dignumque fauore uideri.  
 Sint tibi sacra Deus cunctarum exordia rerum,  
 Euentusque simul, qui primum exordia rebus  
 Principio ipse carens fecisti, atq; omnibus idem  
 Das finem, qui fine cares. Da uincere morbos  
 Haerentes animis, lese & contagia mentis.  
 Da uelut agnoscunt tua iussa, tremuntq; uerendum  
 Imperium unanimes, & sanctum nomen adorant,  
 Qui sociata colunt cœli commercia ciues,  
 Siue chori angelici, siue è tellure recepti:  
 Sic quoq; nos misera mundi qui ualle tenemur,  
 Spemque animis alimus cœli, regnique paterni,  
 In te compoſiti unanimes uiuamus, & uno  
 Consensu tua uerba pijs, tua iussa colamus.  
 Omnibus in te sit pietas, amor omnibus idem.

DA Pater hæc etiam, uitæ quorum indiget uetus, III.  
 Demensum da cuiq; suum, quo corpus alatur,  
 Qui uolucres pascis magnum per inane uolantes.  
 Qui flores etiam decoras, & lilia campi.  
 Hei pereant, quos urget amor sceleratus habendi,  
Quos

I  
Quos iuuat artifici p̄assim ditescere fraude,  
Qui specie sua furtā tegunt, alijsq; rapaces  
Inuigilant opibus, quām quas Deus omnibus offert.  
Da uictum nos posse tuo sperare fauore  
Officij memorē, iussos præstare labores,  
Et curam mandare tibi, tibi reddere grates.  
Hoc etiam ex animo petimus, da libera uerbo  
Incrementa tuo, da qui syncera professi  
Dogmata nos doceant, rectāq; ad sydera ducant.  
Ipse magistratus præsens tua munera serua,  
Iusticieq; illis, ueræ & pietatis amorem  
Inspira, placide da nobis tempora pacis,  
Ut uigeant artes de te instrumenta docendi.

V.      E N Deus infecti peccantis ab ubere matris,  
Quotidie iustum nos te irritamus ad iram:  
Respice nos bonitate tua, qui mitis in omnes  
Et solem, & pluuias iustisq; malisq; ministras.  
Nostra trahens quoties ueteris contagia culpe  
Deficit à recto studijs mens lapsa sinistris:  
Degeneris miserere Deus, succurre labanti,  
Afflictus compescere malos, siue ira furorem  
Præcipitat, roditq; niger præcordia sanguis:  
Seu dolor inuidiae, seu nos vindicta lacescit,  
Siue odio ardentes ferimur, seu dira libido  
Ingenium à uero cœpta in contraria uersat:  
Da ueniam miseris, nec noxam iure coerce.  
Quod si ex iure manu consertum poscere mens est:  
Nos cauſa cadere, & longe ante perire necesse est.  
Ignoscas miseris, ut nos ignoscimus illis,  
A quibus offendis nobis iniuria facta est.

40

Hei nimium meritæ securi in tempora pœnæ,  
Quorum sunt ueniam præcordia clausa precanti.  
Ille suis ueniam nequidquam erroribus orat,  
In quem sic hebetis cedit obduratio mentis,  
Nesciat ut Iesus lædenti ignoscere culpam:  
Hanc Deus ô procul hinc dignere auertere pestem,  
Da ueniam danti ueniam, neue amplius erret,  
Corruptæ uicium dignere extingue mentis.

E C C E cateruatim nos undiq; & undiq; tentat  
Insidijs coluber, primum non passus Adamum  
Conditione frui, quam te donante tenebat.  
Quos non ille dolos, quas non excogitat artes?  
Ut genus humanum tenebris inuoluat, & omnem  
Eripiat lucem miseras, & numina uerbi  
Noticiamq; tui, quæ non incendia miscet?  
Quas scelerum caussas non inuenit? ille rapinas,  
Ille mouet lites, pestes, homicidia, morbos.  
Ut lupus esuriens, uentris stimulante dolore  
Per nemora & saltus, per flumina, iugera, rupes  
Sæuus abit, ponitq; uago uestigia lustro,  
Donec oues tandem pleno deprendit ouili:  
Tum furor exacuit dentes, & duplicat iram,  
Irruit in nuncrum grassator, & omnia turbat:  
Sic (si immane licet paruo componere monstrum),  
Spiritus immundus mille ingeniosus ad artes,  
Mille opifex fraudum, scelerumq; magister & autor,  
In nos grassatur, tua qui mandata professi  
Te colimus, natumq; tuum, numenq; fatemur.  
In prædámq; inhiat, uoluit caligine mentes,  
Seducitq; homines non hæc ad munera factos.

VI.

Hic

Hic vires effunde tuas, hic pectora firma,  
Angelicas hic excubias, hic fulmina uerbi  
Certa tui largire Deus, quibus obruat hostem  
In te nostra fides, & uinci nescia uirtus.  
Non ego dura pati discrimina mille recuso,  
Dum tua constanti tueor mandata labore:  
Sed ne deficiam, ne sœuo uincar ab hoste,  
Tu mihi sis præsto, tu suffice robora presso.

VII. Deindeq; ab aduersis nos eripe, & assere rebus  
Omnibus, huius habet series quas impia mundi.  
Nos uultu defende tuo, seu nominis hostis  
Degener ille tui mendax, homicidaq; mentes  
Obruit insidijs, scelerumq; in retia uersat:  
Seu nos sollicitat pietati inimica tyrannis.  
Ecce fremunt, & bella petunt funesta tyranni:  
Inuisum quibus est fidei, & damnabile nomen,  
Qui faciunt turpes uera e' pietate cothurnos  
Quando libet, soloq; colunt tua dogmata fuco.  
Ecce ruit, fœdatisq; tuas sus horrida gemmas,  
Illa infanda, procax, meretrix Babilonica, coniunx  
Horrendi Sathanæ, cui septem guttura pendent,  
Et totidem capita, hei diris suffusa uenenis.  
Monstrum immane, ingens, pietatis lumine cassum,  
Quodq; sua mundo mouet impietate stuporem.  
Hei quas hoc furias secum trahit: omnia diro  
Qua uenit infestat uicio, labemq; nefandam  
Euomit, infestum spirans ad sydera uirus.  
Tu tamen hic aliquem pateris Deus optime tales,  
Quiq; tuo e' populis de nato dogmata tollit,  
Quiq; ferox animo sanctos sibi sumit honores,

Qui

41

Qui tibi debentur, falso que superbit honore;  
Séque supra reges extollit, et omnia mundi  
Imperia, et fastu tumidus late omnia compleat,  
Vnanimos rupto diuellens fœdere reges,  
Inspiratq; illis rabiem, mortisq; furorem,  
Orbis et afflicti rabido fitit ore cruentem,  
Imperio infestus, pacis violator et hostis.  
Illi insidias, funestamq; illius iram  
Blasphemæq; dolos linguae, technaq; nocentes,  
A nobis te iuste Deus profitentibus arce.  
Aut sua cum tandem mors iura nouissima posset,  
Deuicto hoc monstro, superato Dæmone, et omni  
Curarum ingluwie, da mollem in funera somnum,  
Composito da fine mori, membrisque solutus  
Fac reddam patrio uitæ spiracula cœlo.

## DECALOGVS EXODI XX.

IOANNIS SAVROMANNI.

- |  |              |
|--|--------------|
| <b>N</b> on aliena tuis uenerabere numina uotis. | <b>I.</b>    |
| Sume Deiq; tui uanos nec numen in usus.          | <b>II.</b>   |
| Septima sacra coles, opera feriatus ab omni.     | <b>III.</b>  |
| Semper honore tuos merito reuerere parentes.     | <b>IV.</b>   |
| Non hominem quenquam crudeli morte necabis.      | <b>V.</b>    |
| Alterius caueas lectum temerare iugalem.         | <b>VI.</b>   |
| Non furtum facies, digitos cohibebis ab illo.    | <b>VII.</b>  |
| Testis es accitus, nihil attestabere falso.      | <b>VIII.</b> |
| Nullius adfectes spacio sum tecta per orbem,     | <b>IX.</b>   |
| Alterius nuptam, seruum, famulas, et asellos.    | <b>X.</b>    |

C A V T O.

## A V T O R I S I N C E R T I.

- I. **N**e diuinum alijs tribuas ingratus honorem,  
Sed qui te feci me uereare Deum.
- II. Me quoq; blasphemis dictis offendere noli,  
Sed nomen sanctum fac uenerere meum.
- III. Dogmata nostra pio studio complectere, sit q;  
Septima lux operi dedita tota sacro.
- IV. Et colito charos qui progenuere parentes:  
Illud enim ratio te, pietasq; iubet.
- V. Non ulli iugulum mucrone resoluere debes,  
Nec iustum innocua tingere cede manum.
- VI. Alterius noli castum uiolare cubile,  
Neue oculis placeat foemina pulchra tuis.
- VII. Non facies furtum, sed eris contentus eisdem,  
Quae tibi non digno dat mea larga manus.
- VIII. Et de fratre tuo mendacia nulla loquere,  
Iudice nec coram testis iniquus eris.
- IX. Te nunquam perducat amor sceleratus habendi,  
Ut cupias propriam fratris habere domum.
- X. Nec domino famulas, nec fidos abstrahe seruos,  
Et ne fraternis insidiere bonis.

## A D A M I S I B E R I.

- I. **E**go Deus, aliena numina ne colas.
- II. Non peiera, nec abutere Dei nomine.
- III. Deo uacans quiesce luce septima.
- IV. Honorem habe, ut uiuas diu, parentibus.
- V. Non auferas uitam alteri. Non seruiens

Lascivis

Lasciuie, marita frange fædera.  
Afferre proximi bonis manum caue.  
Mendacium testis malus ne dixeris.  
Non concupisces proximi domum tui.  
Non concupisces coniugem, non seruulos,  
Asinum, bouem, nec quidquid ille possidet.

42

VI.  
VII.  
VIII  
IX.  
X.

## EX DECEM PRAECE PTIS ORATIO AD DEVUM.

GEORGII FABRICII.

O Immense Deus, populis seruator Hebræi,  
Tum furor incensus cum Pharaonis erat:  
Per medios populum deducens fortiter hostes,  
Præbebat siccas cui maris unda uias.  
O Deus exagitans ingenti crimina poena,  
Audax cum sequitur facta paterna nepos,  
Idem æterna homini persoluens præmia iusto,  
Illiis inq; beans secula mille genus.  
Te præter uenerer nil, seu quod terra, fretumq;  
Seu quod habent superis lucida signa plagis.  
Sis mihi sole Deus solius numen adorem,  
Te metuam, & toto pectore semper amem.  
In te uno sperem, tibi me meaq; omnia credam,  
Inq; tuis ponam pinguis thura focis.  
Improbæ contemnam ueterum mendacia uatum,  
Quosq; error fecit credulus esse Deos.  
Non tribuam iussos illis insanus honores,  
Nec flectam timidum corde pauente genu,  
Perfidie magicas non uertar plenus ad artes,  
Aut rerum indicia, aut temporis ulla notem.

2

C 2 Vsurpem

**II.** Vsurpem sanctos diuinum nomen ad usus,  
Pectora quem sapiunt, uox sonet, ora colant.  
Te celebrem ut multi charum pietate parentem,  
Quem colo non falsa religione Deum.

Te quoq; confitear uitæq; necisq; potentem,  
Et tua non ullo iussa uetante sequar.  
Sit mihi dulce pati propter tua nomina sancta,  
Et pro lege tua sit mihi dulce mori.

**III.** Non uiolem externo sanctissima sabbata cultu,  
Nec festi uideant acta prophana dies.  
Luce sacra requiescat ager, ponatur aratrum,  
Et Dominus seruo triste remittat opus.

In tua conueniam laudes tibi dicere templa,  
Verbâq; mandati discere sancta tui.

Exemplo anteferam reliquis quasi lumen honesto,  
Defendámq; tui membra relicta gregis.  
Sim pia cura bonis doctoribus, adiuuem & ipsos  
Qua uolo, quaue mihi parte iuuare datur.

Hos motus nostris accensos cordibus, auge  
Inuocet ut uerum linguâq; mensq; Deum.  
Ut maneat constans ac firma professio nostra,  
Et sit mandatis consona uita tuis.

Ac benefacta Dei postquam sunt cognita nobis,  
Luceat ardenti nostra in amore fides.

Vt pax seruetur multorum in mentibus una,  
Atq; ut ciuilis sit sine labe status.

**IV.** Sim gratus, meritôq; colam pictatis honore,  
Quis das magnifica sceptrâ tenenda manu.

» Namq; magistratus, Pater est quasi publicus, omnis,  
» Atq; uicem summi sustinet ipse Dei.

Tum

Tum uenerer charos, qui me genuere, parentes,  
Custo des uitæ quicq; fuere mee.

Illis sim præsto tarda ueniente senecta,

Infirmisq; leuem grande laboris onus.

Sic mea promissis candelcant tempora canis,

Sic memorem pueris secla uetusta senex.

Non odio flagrem, nulli sim cauſsa doloris,

Non subita illatum uindictet ira malum.

Non dictis famam, non lœdam uulnere corpus

Alterius, litis semina nulla seram.

Non fera bella sequar, non unq; arma impia sumam,

Vt poſsim innocuas cædis habere manus.

Nec Cerere extendam, repleam nec corpus Iaccho,

In quis luxuriæ fomes inesse solet.

Ne mea non licitis flagrent præcordia flammis,

Suspirétq; uagos bruta libido thoros.

Non oculi peccent, non lubrica lingua, manusq;

Ne uiolem templum pectoris ipſe mei.

Coniugium felix, & ſint ſine crimine nati,

Castaq; legitimus corpora iungat amor.

Non alios ſpoliem grāſantum more latronum,

Nec tacite infamis nomina furis amem.

Sacrilegos ausus fugiam, templiq; rapinas,

Inq; uſus uertam rite parata bonos.

Execriſ usuras, nec abutar pondere iuſto,

Prodiga nec nimium fit, nec auara manus.

In mihi commiſſo non ceſſem munere tardus,

Neue apium fucus roſcida mella legam.

Non fallam innocuum mentito iure clientem,

Nec teſtis mendax crimina ficta loquar.

43

V.

VI.

VII.

VIII.

» Quid prodest liuor, quid saeuia calumnia? tandem  
» Quæ latuere diu proferet una dies.  
Recta etiam doccam, uentosa nec effusat aura,  
Nec sermo ancipiti subdolus ore fluat.  
Non faueam ingenij petulantibus: omne proteruum  
Et fallax, curæ mando Sophista tuæ.  
Ac tetrico simulans incedat Hypocrisis ore,  
Pectora nostra probis stent adaperta uiris.  
**IX.** Non inuadam alias ædes possessor iniquus,  
Nectrahat alterius cœca cupido boni.  
Non ultra saliam concessum limitem auarus,  
Nec pellam patria pignora parua domo.  
Sit sua cuiq; domus, sit tutus terminus agri,  
Et per me saluas quisq; reponat opes.  
Contentusq; meo, traducam tempora uitæ,  
Ac tegat in modico tuta senecta lare.  
**X.** Non aliena petam connubia fraude, doloué,  
Non ancilla mea sit peregrina domo.  
Quisq; suos per me famulos, iumentaq; seruet,  
Pondiferumq; asinum, ruricolamq; bouem.  
Vtq; in me cessoit uetita, & corrupta cupido,  
Atq; nocendi alijs perniciosus amor:  
Tu Pater ex imo radicem uelle malorum  
Pectore, quæ lapsu est fixa potenter Adæ.  
Tetraferant nostri ne quando absinthia campi,  
Neue rubo, & spinis turpis abundet ager.  
Nulla animum impietas uiciet, lascivia corpus,  
Irati ut fugiam uindicis ora Dei.

44

# DE SACRO BAPTIS<sup>S</sup>

MO MATTHAEI ET MARCI  
VLTIMO.

IOANNIS SAVROMANNI.

**C**HIRSTVS ad æthereas cum uellet scandere  
Dixit discipulis talia uerba suis. (sedes,  
Ite per extremas, o uos mea uiscera, gentes,  
Cunctos doctrinam rite docete meam.  
Inj; Patris, Natiq; & Flatus nomine sancti,  
Mortales undis sponte lauate sacris.  
Nam qui crediderit, lotusq; erit amne salubri,  
Hunc bona perpetuo uita, salusq; beant.  
Qui sine saluifica fuerit pietate, fidéq;  
Hunc bona destituet uita, salusq; simul.

## GEORGII AEMILII.

**I**Te per immensum, quacunq; habitabilis, orbem,  
Atq; Euangelium gentes efferte per omnes,  
Quas Deus ut mundum possent habitare creauit.  
Quisquis crediderit, sacrâq; lauabitur unda,  
Hunc æterna salus & cœlica uita manebit.  
Verum crediderit qui non, damnatus ad'orcum,  
Perferet æterni stimulos flammásq; doloris.

## ADAMI SIBERI.

**S**oli potestas est mihi data à Patre,  
Tellure que cœlôq; sunt rerum omnium:  
Ergo ite in omnes, quâ patent, mundi plagas,  
Euangelij perferte nuncium omnibus,

Cunctas facite gentesque discipulos mihi.  
In nomine Patris, Filii atq; Spiritus  
Sancti lauantes, ut renati pareant  
Deo, meis obtemperentque legibus.  
Quicunq; credet & sacri lauabitur  
In fontis unda, uiuet omni tempore  
Beatus: at quicunq; non credet, luet  
Apud inferos in igne pœnas perpeti.

DE SACROSANTA  
COENA DOMINI. MATTH.  
XXVI. MAR. XIII. LVC. XXII.  
I. CORINTH. XI.

MARCI HIERONYMI  
VIDÆ.

**I**Pse heros puras fruges, properat q; liba  
Accipiens, frangensq; manu, partitur in omnes.  
Inde mero impleuit pateram, mox talia futur:  
Corporis hæc nostri est, hæc uera cruoris imago,  
Vnus pro cunctis quem fundam sacra parenti  
Hostia, ut antiquæ noxae contagia tollam.  
Vos ideo, quoties positas accedere mensas  
Contigerit, sacrâsq; dapes libamina iussa:  
Funeris his nostrum moesti referetis honorem,  
Et nunquam istius abolescat gloria facti.

IOAN

45

## IOANNIS SAVRO<sup>MANNI.</sup>

**N**OCTE Sacramentum Dominus qua traditus ho-  
Instituit firmæ fœdus amicitiae: (sti,  
Accepit panem, gratesque ubi rite peregit,  
Discipulis tribuit, sic referendo suis:  
Hunc, caro namq; mea est, credentes sumite panem,  
Quæ modo pro uobis morte necanda datur.  
Hanc quoties editis, memores bene clara referte  
Ex æquo uitæ facta, necisq; meæ.  
Sic ubi cœnauit, uinique liquore repleta  
Apprendit manibus pocula deinde pijs,  
Utq; Patri grates solita pietate peregit,  
Porrexit socijs illa bibenda uiris,  
Atq; ait, hoc iubeo, cuncti simul inde bibatis,  
Munera sunt ueri sanguinis ista mei,  
Quem modo pro uobis, crucifixo corpore fundam,  
Quo sit peccati gratia cuiq; sui.  
Hunc quoties bibilitis, memores bene clara referte  
Ex æquo uitæ facta, necisq; meæ.

## GEORGII AEMILII.

**N**OCTE sub extrema, Solymo qua traditus hosti  
Proditione fuit scelerati C H R I S T V S Iude:  
Accepit panem digitis, gratesq; peregit,  
Discipulisq; dedit frangens, ac talia dixit:  
Accipite unanimes, cupidisq; absumite linguis,  
Hoc uere est nostrum, panis sub tegmine, corpus,  
C 5 Quod

Quod modo pro uobis morti tradetur acerbæ.  
Sumitis hoc quoties (fieri nam sœpe iubemus)  
Voce meam mortem toties memorate fideli,  
Qualia pro uobisq; tuli feci q; referte.  
Hinc ubi pulsa famæ, & cœna peracta fuisset:  
Acceptit calicem, grates iterumq; peregit,  
Discipulisq; dedit communis nomine dicens:  
Hunc omnes cyathum sacri gustate liquoris:  
Iste calix nostri monumentum, & pignus amoris,  
Quem damus, est uere nostro de sanguine plenus:  
Qui modo fundetur precium pro criminе uestro.  
Hunc igitur quoties bibitis, memorate fideli  
Ore meam mortem, uestræq; piamina culpæ,  
Nostrâq; concordi studio benefacta referte.

### ADAMI SIBERI.

Dominus IESVS CHRISTVS hostibus su-  
Qua nocte Iude proditus dolo fuit, (is  
Capiens manu pacem sacra, Deo Patri  
Gratesq; agens, fregit, suisq; porrigenus,  
Accipite, dixit, edite, corpus hoc meum est,  
Quod deditur salute pro uestra: in mei  
Hoc facite memoriam, meiq; funeris  
Celebrate honorem. Poculum simili modo  
Capiens manu, gratesq; agens Deo Patri,  
Socijs dedit, dixitq; bibite singuli:  
Hoc est nouum fædus meum per sanguinem,  
Ablutionem in criminum qui funditur.  
Hoc facite quotiescumq; bibitis in mei  
Memores honorem, & predicate meam necem.

Preces

46

# PRECES MATVTI-

NAE. PVER EVO-  
CATOR.

IOACHIMI CAMERARII.

**L**Vcidus fulgor tenebrosum per orbem, lampadis  
Phœbea relucet, & uago suum cœlo iubar  
Spargit, at Diana dudum euanidas iactat faces:  
Stellulae maris sub alti fluctibus sonantibus  
Eluuntur, ut futura nocte rursum splendeant.  
Surgite, o pueri, diei iam uolucres audio,  
Conuenite, agite frequentes, non prius iam nostrum  
Ordiemur, hymnos atq; balbulis labellulis (opus  
Numini cantauerimus magno, & æterno Patri.  
Da benigne, cum nouo splendore cūmq; sydere,  
In tenellis ut animis tuum emicet lumen, Pater:  
Et fuget caliginem lux uera nostri pectoris.  
Mole donec solis ignes conteguntur terrea:  
Mundus horret, atq; aspectu cuncta terribili silent.  
Dum sacri latet lucerna occulta sermonis tui:  
Occupat fr̄aus cœca mentem & nigra nox mendacij,  
Sed renidens flamma solis phosphori cum prævia  
Nuncium attulit diei, lœta fiunt omnia:  
Cum tuum salubre affulxit cordis atris nubibus  
Lumen, exultat tenebris liberum pectus malis.

## PVER I SVRGENTES EIV SDEM.

**N**Vnc iterum nos iucundam das cernere lucem,  
Eq; Pater tenebris sancte uidere diem.

Nox

Nox abiit, splendor circum se tollit Olympum,  
Stellāq; uicini prævia lucis adest.  
Et nunc rara nitent Phœbea lampade pulsa,  
Quæq; nitent modicum sydera lumen habent.  
Iam nos ē stratis exciuit mollibus ales,  
Quæ tacitum nullum tempus abire sinit.  
Ergo ad consuetas operas, studiūmq; redimus,  
Nostrāq; iam recipit pensa diurna manus.  
O Pater usq; tua præsens ope sancte gubernā,  
Quod sumus, & quod mox aggrediemur opus.  
Et fac ingressum nos sic decurrere solem,  
Laudis uti simus pars quotacunq; tuæ.

## PVERI ORANTES IACOBIMICYLLI.

CHRISTE potens rerum, melioris conditor æui,  
Qui mundo lucem sufficis, atque diem:  
Accipe nos tenebris iterum, somnōq; solutos,  
Et serua incolumes numine sancte tuo:  
Utq; diem, pulsa cœcæ caligine noctis,  
Excipiunt, orto lumine sole noua.  
Sic tenebras animi, sic nubila discute mentis,  
Pectorāq; illustra lumine nostra tuo.

## GEORGII FABRI C II.

Exeruit mundo clarus sua lumina Titan,  
Depulsaq; reddit nocte, serena dies.

Nempe

47

Nempe quod attribuit tempus natura labori,  
Hoc alijs totum seruiat atq; Deo.  
Dicantur pia uota Deo, tribuantur honores:  
Namq; pericla labor plura diurnus habet.  
Fortius incurrit totus cum dæmone mundus,  
Carnéq; uix capimus luxuriante modum.  
Sed tu C H R I S T E ad sis miseris mitissime rebus,  
Cuius turba, crucis morte redempta, sumus.  
Nil possit mundus, tristis succumbat Auernus,  
Audiat imperium seditiona caro.  
Ut cum contingat per te uictoria nobis,  
Ac uerbo iaceant impia monstra tuo:  
Nos grata sanctas omnes uoluamur ad aras,  
Ponentes humili magna trophya prece.

## MEDITATIO SVR GENTIS.

**N**unc ad opus lux quenq; suum, uarioscq; labores  
Euocat, & lecto membra leuare iubet:  
Ast olim superas nos C H R I S T E resuscita ad oras,  
Angat ubi nullus gaudia nostra labor.

## IOANNIS STIGELII.

**C**onditor ô rerum, rerum seruator ab ævo,  
Extra quem non est ullus ubiq; Deus.  
Quod redeunte fruar post actas luce tenebras  
Gaudeo, & agnosco munus id esse tuum.  
Tu genus humanum primum sine labe creasti,  
Vt sancte uultus uiueret ante tuos.

Quām

Quām male desciuit, quām turpiter excidit illud,  
In mortem propria dum levitate ruit.  
At bonus es solus, iustām q; ut concipis iram:  
Sic illam patria pro pietate premis.  
Ergo admiranda natum pietate de disti,  
Innocuus nostrum ferret ut ille scelus.  
Qui percussa fuit pro nostra uictima culpa,  
Et uetus à nobis abluit omne nefas.  
Ingentes igitur toto tibi pectore grates,  
Perpetuus doni debitor huius ago.  
Teq; precor supplex dilecti nomine nati,  
Me rege, me totum numine flecte tuo.  
Auspice principium te spectet, & auspice finem,  
Quidquid agam uitæ dirige copta meæ.  
Ipse magistratus etiam, cœtusq; piorum,  
Ut tua conseruent dogmata sancta, rege.  
Da pacem, uictumq; tuis: compesce tyrannos,  
Ut maneat uerbi gloria iusta tui.  
Hac ego spe fretus, quod uitæ postulat usus,  
Suscepti aggrediar dulce laboris onus.

## EIVSDEM.

O Mnipotens, æterne Deus, mens edita nullo  
Principio, mens fine carens, mens omnia com-  
Omnia qui uerbo motum spirante creasti. (plens,  
Alme Pater, triplici simplex in numine numen,  
Qui culpam humanam, & casum miseratus acerbum,  
Mente tua genitum C H R I S T U M, cordisq; paterni  
Effigiem, misero placide largitus es orbi,  
Ut Deus accipiens humani corporis artus

Victima

Victima pro nostra caderet non noxia culpa.

Illum etenim mittens cœlesti uoce dedisti

Signa animi manifesta tui, cum clanguit æther,

Hunc audite, mihi dilectus Filius hic est,

In quo læticia est, in quo mihi sancta uoluptas,

Sancte Deus, sapiens, fortis, mitissime iudex,

Castus, potens, liber, qui præstas omnia solus,

Vt tua non aliquem bonitas habet inclita finem,

Sic uotis ades, oro, meis. En omnia culpe

Agnosco monumenta meæ, pœnâsq; pauesco,

Et doleo peccasse miser, cupioq; renasci.

Respice me miserum, culpam miserere fatentis.

Tu siquidem es uiua misericordia sic uoce loquutus:

Viuo ego uiuo Deus, lapsi non expeto mortem,

Sed uolo conuersum salua respiscere uita.

UNIVERSITÄT  
LIBRARY  
CO  
CE  
IOTHEK

CC  
CC

Quinetiam ille tuus, qui tecum tantus & idem,

Prostrator mortis C H R I S T V S, mutisq; Sacerdos,

Per nomen tua dona suum nos poscere iussit.

Hunc propter miserere mei, mea pectora purga

Vi spirante tua, labemq; absterge nocentem,

Vt sint pura tui templa, atq; habitacula uerbi.

Tum linguam regere atque animum dignare uagana

Ne uelit illa loqui, tua quod diuina uoluntas (tem,

Non probet, & meritam quod te succendat in iram.

Neue hic degeneris securus in ocia uitæ

Lapsus, ab angusto deflectat tramite ucri.

Collige, redde, foue, rege, respice, flecte, gubernâ,

Exiguum hunc cœtum, qui uero agnoscere cultu

Te didicit, natumq; tuum ceu debet honorat.

Hæc etiam studia & dextræ quas discimus artes

Factuare Deus, quibus instrumenti docendi  
Perficit, & leges uiuendi suppetit usus.  
Inde tuum uerbum recte tractare facultas,  
Inde tibi æternas resonans Ecclesia laudes.  
Gaudet anima uis tota meæ, mihi præbuit aures  
Qui nescit duro fidentem fallere uultu.  
Iamq; opus incepto mihi rideat omne labore,  
Totaq; lux abeat faustis feliciter horis.

## ADAMI SIBERI.

**A**les dedit cantum diei nuncius,  
Cedunt tenebræ, cogit albis sydera  
Bigis, & exit Lucifer nouissimus  
Statione cœli: Nos refectis uiribus  
Quiete dulci, munere creator tuo,  
Ad solita uite nunc redimus munia.  
O sis bonus, & hac nocte quos tutatus es:  
Ista die prohibe periclis omnibus.  
Ne callidus prædetur hostis, ut uoret  
Qui nos, Leo ceu rugiens obambulat.  
Nos Spiritu tuo guberna, pectoris  
Caliginem splendore gratiae tuae  
Nostrum Pater, cœcasq; tenebras discute.  
Ut te Deum discamus æternum, & tibi  
Cum Spiritu sancto coæuum Filium:  
Ut studia nostra, ut tota uita seruiat  
Laudi tue, atq; proximorum commodis.

IOAN

# IOANNIS GIGAN<sup>9</sup>

T I S.

O Ptime C H R I S T E potens uitæ reparator ademptæ,  
Suscipe non rigida supplicis aure preces.  
Da Pater ut semper tibi, quas ego debeo grates  
Cordibus ex imis officiosus agam.  
Facti tibi syncera possum confidere mente,  
Et fac ne seculo pressus ab hoste cadam.  
Dux sis, atq; comes rerum pie C H R I S T E mearum,  
Me rege per totum pro pietate diem.

## PVER IN LVDVM VOCANS.

GEORGII FABRICII.

I Am uocat ad ludum nos hora : ite, ite frequentes  
O pueri, studij mutua cura mei.  
Sint nitide uestes facies sit lota, manusq;  
Et facite arma libros ut sua quisq; ferat.  
Nemo tamen properet, qui non perlegerit ante,  
Quæ discenda isto computat esse die.  
In primis alacres ad uestros ferte magistros  
Mentes, & studij continuante uices.  
Aſſiduis præsto Deus est, idem odit inertes,  
Et sua dat nullis absq; labore bona.  
In ludo linguis animisq; fauete modesti,  
Præsentemq; illic esse putate Deum:  
Qui secum angelicas deducit mille cateruas,  
Custodes teneri præsidiumq; gregis.

D Hec

Hæc nunc ante oculos uobis præponite uestros,  
Impleat officij munera quisq; sui.

## PVER LVDVM PE- TENS. EIVSDEM.

**C**hriste Puer, matris dilectæ immensa uoluptu,  
Æterni soboles Patris:  
Doctores inter qui uoce silentia rumpis,  
Et primo positus loco,  
Scripta Prophetarum, & summi mandata parentis  
Admirantibus explicas:  
Ut discam ingenuas, tua munera, sedulus artes,  
Da de fonte aquulam tuo,  
Ingenium, mores, & totam dirige uitam:  
Vni deditus ut tibi  
Et uiuam, & studeam, non segni pectore, crescens  
Ætate, & sapientia.

## PVER ANTE LECTI- ONE M.

### ADAMI SIBERI.

**A**terno soboles amata Patri,  
Quem uox æthere missa, mandat unum  
Audiriq; coliq; CHRISTE, qui nos  
Ad te uoce iubes uenire blanda,  
Affirmans pueros Deo placere:  
Da sanctum mihi Spiritum, magistro  
Ut monstrante uiam ingredi, Redemptor

**A**d te qua liceat uenire, possum.  
Da cum moribus, artibusq; honestis  
Sacri dogmata puriora uerbi  
Addiscam, sapientiaque & annis  
Ut crescens, tibi plurimos & ipse  
Olim adducere, que facit beatos,  
Doctrinamque alios docere possum.  
Hec est summa mei caputq; uoti,  
Quod ratum iubeas ut esse, per te  
Ipsum C H R I S T E rogo, tuumq; nomen,  
AEterno soboles amata Patri.

**MAGISTER DISCI<sup>I</sup>  
PVLOS AD STVRIA LITE-  
RARVM COHORTANS.**

PHILIPPI MELANTHONIS.

**V**os ad se pueri primis inuitat ab annis,  
Atq; sua C H R I S T V S uoce uenire iubet.  
Præmiaq; ostendit uobis uenientibus ampla,  
Sic uos o pueri curat, amatq; Deus.  
Vos igitur læti properate, occurrite C H R I S T O,  
Prima sit hæc C H R I S T V M noscere cura Deum.  
Sed tamen ut Dominum possis cognoscere C H R I S T U,  
Ingenuas artes discito parue puer.  
Hoc illi gratum officium est, hoc gaudet honore,  
Infantum fieri notior ore cupid.  
Quare nobiscum studium ad commune uenite,  
Ad C H R I S T V M monstrat nam schola nostra  
(uiam.

D 2 RVER

PVER AD SOCIOS  
STUDIORVM.

NICOLAI BORBONII.

**I**N primis pueri CHRISTVM discamus amare,  
Hic fons est, à quo uita, salusq; fluunt.  
Displaceat nobis scelus omne: superbia, luxur,  
Torpor, mollicies, ira, cupidio, gula.  
Cordibus in nostris Dominum pingamus IESVM,  
Primus hic est nobis conciliandus amor.  
Obsecro uos pueri, uiuamus crimine puri,  
Non amat impuros uirginis ille Puer.  
» CHRISTO nulla potest melior doctrina parari,  
» Debet ad hunc acies tendere nostra scopum.  
CHRISTVM laudemus semper, semp̄q; prece=  
In Stygios casses ne cadat ægra caro: (mūr,  
Ne post hanc miseram, & peiorem carcere uitam,  
Demur tartareis præda uoranda rogis.

CHORVS PVERILIS  
SCHOLASTICVS.

GEORGII FABRICII.

**Q**uotquot habet pueros hic noster ludus, adeste,  
Grates agamus principi iustas Deo.  
» Sancta placent superis, humili cum mente uenite,  
Animisq; puris auspicamini preces.  
Gratia cœlesti dicatur maxima regi,  
Quod nos creauit: quodq; sublimes dedit  
Vultus:

51

Vultus: dēque sua formauit imagine: quōd nos  
AEtate molles, imbecilles uiribus  
Seruat, alitq; sua, dictu mirabile, cura,  
Intérq; syrtes huius æui contegit.  
Quod nobis facilest tribuit pietate parentes,  
Qui litteris, linguisq; curent imbui:  
Doctores etiam, quorum bonitásq; fidésq;  
Morum, atq; uitæ prauitatem corrigat.  
Deniq; contigerit misero quōd tempore Princeps,  
Qui nostra alit, souétq; mitis ocia.  
Cetera quis memoret diuinæ munera dextræ?  
Non uocis, aut puerilis ingeni est opus.  
Pro tantis meritis Pater optime soluimus hymnum,  
Et corde, & ore, quod negatum est uiribus.  
Agmina propitius puerilis respice turbæ,  
Audiq; uoces supplices canentium.  
Quorum cura sumus, sint patres, atq; magistri,  
Princepsq; felix, nosq; conserua simul.  
Tum studijs præbe stationem, ac littus amicum,  
Perituri in orbis turbulentis fluctibus.  
Ne nos ascendens aduersum Turca per Istrum,  
Charis parentum uellat à complexibus:  
Detq; lupis canibúsq; feris hæc corpora prædam,  
Escamue monstros horridæ Propontidis,  
Auerte hoc auerte Pater, cœtusq; piorum,  
Scholásq; nostras mitis ex alto uide.  
Hinc abeant nunquam, culpa & leuitate fugati,  
Patris intuentes ora cœlitus Angeli:  
Vt postquam in studio, & pietate adoleuerit ætas:  
Tui efferamus nominis præconia.

# PVER FINITA LE CTIONE.

ADAMI SIBERI.

**Q**VIS grates tibi quas agam Redemptor?  
Rudem uoce quod instruis magistri  
Amantérque fideliterque, tradis  
Viuendique uiam, & uiam loquendi.  
O da quæ didici tenere firmo  
Comprehensa animo queam, laboris  
Da constanter onus feram, nec unquam  
Aut cesse piger, aut peritiorem  
Quam cui discere sit necesse, credam.  
Me totum rege, me gubernat, ut unè  
Consecrem tibi, proximóque totam  
Quam uitam tribuis mihi Redemptor.

# PVER EX LVDO REVERTENS.

GEORGII FABRICII.

**Q**UAM multa audiui menti seruanda tenellæ,  
Demoribus, de literis?  
Quamque meos cupide uidi aduertisse sodales,  
Monita docentis omnia.  
At tu cunctorum largitor **CHRISTE** bonorum,  
Sensus iacentes excita:  
Ut bona percipient, & sicut cera sequantur,  
Fingentis artificis manum.  
Fac nihil à studijs unquam diuellat honestis,  
Non frigus, æstus, non famæ.  
Quantulacung; pijs perdurem portio cœtus,  
Tuæq; membrum Ecclesiæ.

PVER

PVERIENS IN  
TEMPLVM.

EIVSDEM.

Dulce tui Pater est habitare sacraria templi,  
Dulce tue uocis percipere aure sonum.

In magnó que tibi grates persoluere cœtu,  
Iungere communes cum populoq; preces.

Tum celebrare tui benefacta piissima nati,  
Atq; omni illius tollere laude crucem.

Ille salus solus: cui quisquis credit, habebit  
AEternas felix non moriturus opes.

Da Pater alme bonum sit ut illud, quæso, perenne,  
Méq; tui partem corporis esse sine.

Sum puer, ingenio rudis, atq; ætate tenellus:  
Non uis in proprijs uiribus ulla boni.

Naturam primæ corruptam ab origine culpe,  
Atq; meo impuram criminè C H R I S T E traho.

Tu potes æternum mihi conciliare parentem,  
Delestiq; mali pectoris omne nefas.

Sim tuus, ut Patris es cœlestis Filius, utq;  
Pro me de casta Virgine factus homo es.

Me rege sacrati ductu, & spiramine flatus,  
Sitq; tuus uite regula sermo meæ:

Da tua dicta sequar, tua discam iussa libenter,  
Téq; colam ritu per tua festa sacro.

Ne sine dispergi tales mitissime cœtus,  
Ferre sit his summam quisq; paratus opem.

Vna dies homini melior tua templa colenti,  
Quam sine te, reliquis secula mille locis.

D 4 CHORVS

# CHORVS PVERILIS IN TEMPLO.

ADAMI SIBERI.

Pruula turba sacris humiles aduoluimur aris,  
Laudibus ora tuis nostra resolute Deus.  
Ut gaudes puerum genitor qui uoce uocari,  
Concelebret nomen balbula lingua tuum.  
Vnde tamen nostræ sument exordia Musæ,  
Aut quæ pars meriti prima canenda Dei?  
Cum nihil essemus, nobis tua matris in alio  
Humanos uultus oraq; dextra dedit.  
Auxit ab ætherea, deducto munere, sede  
Mentis, & effigiem iussit habere tuam.  
Illa quidem exprimeret magis, authorémq; referret,  
Peccato fœde ni uitiata foret:  
Peccato, à Sathanæ decepti culpa parentis  
Primigeni, miseris quo facit esse reos.  
Hoc tamen, ô bonitas, dñnum meliore rependit  
Sorte, Pater tua quæ gratia fine caret.  
Sanguine nam C H R I S T I sacrata fontis in unda  
A nobis maculas, & lauis omne scelus.  
Esse iubes natos, Sathanas quos fecerat hostes,  
Cum C H R I S T O hæredes instituísq; tuo.  
Nostra moues sancto molliissima pectora flatu,  
Et iuuat in tenero corde habitare Deum.  
At quæ das animis nostris alimenta, beato  
Quām pascis mentes cordáque nostra cibo?  
» Sermo tuus cibus est animæ, quo pastus abunde  
» Qui fuerit, nullam sentiet ille famem.

Quid

Quid uero doctas linguas memoremus & artes  
 Ingenuas, quarum non finis esse rudes?  
 Dum te nequaquam pietate, fideq; magistri,  
 Barbariem nostra mente fugare pudet.  
 Quid das Angelicos nobis quod mille ministros,  
 Custodes teneri, praesidiumq; gregis.  
 Ne nos humani generis saeuissimus hostis,  
 Incautos laqueis implicuisse queat.  
 Abstrahat in noctem secum miserosq; profundam,  
 Luridus obscuris qua fluit orcus aquis.  
 Quid? Meccenatem quod das, facilemq; patronum,  
 Et studij nobis ocia tuta sequi.  
 Quod uires tribuis, uestes uictumq; ministras,  
 Et quibus haec alijs corpora rebus egent.  
 Sed neq; cuncta Pater referant tua munera lingue  
 Nostræ, uno quamuis gutture mille sonent.  
 Nostamen, o placeat tibi quod mitissime, grates  
 Pro cunctis balbo dicimus ore Deus.  
 At quia iam nil non nascet cum Dæmone mundus,  
 Religio ut pessum præcipitanter eat:  
 Ut pereant artesq; bonæ, linguaeq; disertæ,  
 Et quidquid regnis impietatis obest:  
 Tu miserere tui populi: tua uerba professos  
 Protege, proq; pijs in statione manens:  
 Ne patere ut meretrix tollat tua munera templis,  
 Immunda nomen quæ Babylonis habet.  
 Aut sacro O drysius latro pro numine C H R I S T I  
 Abdaridæ statuat numina ficta sui.  
 Sint tua cura pijs quotquot regesq; ducesq;  
 Synceræ laudem relligionis habent.

Sint tua doctores, sancti tua cura magistri,  
Qui sacra uerba rudes, litterulasque docent.  
Sit locus, exiguum tua nidum Ecclesia turtur  
Quo struat, & pullis paruula te & a pareat:  
Pullis, excludit quos gratia numinis alma,  
Exclusosq; tuus Spiritus ipse souet.  
Da pacem, liceat templi coluisse beati  
Tecta, sonat uerbi uox ubi sancta tui.  
In magnaq; tibi liceat benedicere turba,  
Et populi uotis addere uota pij.  
Nec minus in nostris studijs tua sancta precamur,  
Dextera perficiat quod bene cœpit opus.  
E nostro ut possis aliquando sumere cætu,  
Qui uerbi fiant turbæ ministræ tui,  
Qui doceant C H R I S T I de relligione minores,  
Imperij fines amplifacentq; tui.  
Malumus esse tuæ pars contemptissima turbæ,  
Liminaque ad templi sancta sedere Dei,  
Atria quam C H R I S T O spoliata habitare columnis  
Marmoreis. C H R I S T O nam sine nulla salus.

## P V E R E T E M P L O R E D I E N S.

GEORGII FABRICII.

**G**ratia magna Dei, laus & uictoria C H R I S T O,  
Spirituq; sacro persoluatur honor.  
Angelicas inter medius mihi stare cateruas  
Visua, & ætherea prospexitate frui.  
Audiui ut sancti diuina oracula uerbi,  
Et meritis nullis iustificare fidem:

Ut sacra illa suo tractarier ordine uidi,  
Quis lauat, & pascit pectora nostra Deus.

O maneat fragilis tanto nubi tempore uita,  
Quam doctrina manet non temerata diu.

Viuere quis cupiat sublato munere C H R I S T I ?  
Damnatas toties quis uelit ire uias ?

Pulchra uelut spinas inter rosa surgit acutas,  
Gloria sic uerbi floreat alma tui.

Pendet ut aëria suspensus ab arbore nidus,  
Currit & ingenti parua carina mari,

Nec timet hæc Euros, nec uulturis ille furorem:  
Sic tua te maneat uindice salua domus.

Aduersos uincat fluctus, irasq; potentum,  
Perstet & auspicijs inuiolata tuis.

Quidquid in hoc cepi, do &to spargente ministro,  
O cadat in fœtam nobile semen humum,

Producatq; suo numerosos tempore fructus,  
Et plena messe arca leta ferat.

Quæ C H R I S T V M nouit, quæ præstat commoda  
Hæc merito dici uita beata potest. (multis, "

## P R E C E S A N T E C I B V M . P V E R D A P I F E R .

E I V S D E M .

Quidat iumentis, mutisq; natantibus escam,  
Non solito pascat corpora nostra cibo?

Verum hæc coelestis munus cognoscite Patris,  
O pueri: ingratis uindicat ipse Deus.

Quod sit diuinæ nutritus munere dextra,  
Isacides, grates iam moriturus agit.

Ne

I

Ne uero ô socij uos tanti muneris este  
» Immemores: res est spernere dira Deum.  
Non lutulentus uti ruit ad præsepio porcus,  
In dīta sic auidas mittite dona manus.  
Nec lacerate, uelut prædam sœui ira leonis,  
Barbarus alterius præripit ore dapes.  
Conuenit huic autem pudor atq; modestia mensæ,  
» Turpe gula, & nimio corda grauare cibo.  
» Arma neci multos demittunt: crapula plures,  
» Luxuria ingenijs est inimica bonis.  
» Sobria uita decet studiosos, sancta professos  
» C H R I S T V M, cui nostri est turba dicata gregi.  
Agrestes primum socij componite mores,  
Incipiat sanctas postea lingua preces.

P V E R M A Z O N O M O S I O A-  
CHIMI CAMERARII.

O Mnipotens genitor mudi quadruplicis autor,  
Cuius quod fecit continet omne manus.  
Qui pictam aëria pascis sub nube columbam,  
Suppeditanus uictus tempore quoq; suos:  
Piscis in æquoreis per te non interit undis,  
Inuenit et' muto, quem legat ore cibum.  
Quidquid habet tellus, per te genus omne ferarum,  
In præfinito uiuit, agitque loco.  
Vere nouo serpens cæcis profibilat antris,  
Ante tamen brumæ frigore, nutrit humus.  
Quid memorem nibili, contempta animalcula uermes,  
In ferro, saxis, gramine, fronde, luto?

En dapibus, plenis parvus, tua numina, mensis  
Grex uocat, infanti te canit ore Deum.  
Qui factos facis esse tuos, quos educat alma  
Dextra, his perpetuo fac Pater esse uelis.

55

## CHORVS PVERILIS E IV S D E M.

**H**AEC tua sancte Pater diuinæ munera dextre  
Quæ das, paruo iterum des alimenta gregi.  
Per te sublimes spectamus sydera uultu,  
Per te agit æthereus corpora nostra uigor.  
Per te præteritos feliciter egimus annos,  
Quod superest, per te fac bene tempus eat.  
Sic ut præcipue te casta mente colamus,  
AEternumq; Deum, propitiūmq; Patrem.  
Vtq; tuum nullus peruerat casus amorem,  
Duret amor, misitus duret amore timor.  
O Pater igne tuo pueriles ure medullas,  
Te præter sapiat mens nihil, ora sonent.  
Excipiat nostræ cursum tua gloria uitæ,  
In laudes studium desinat omne Dei.  
Hæc est summa Pater uoti sanctissime nostri.  
Cætera sollicitos nunquam habuere nimis.  
Tu tamen & uestes nobis, uictumq; ministras,  
Et quibus hæc alijs temporareibus egent.  
Quæ nondum gnaris quærendi, suggestis ultro  
Nullus erat nobis ista pardare labor.  
Neue quis addubitet, promissa fideliter addis,  
Promissa exemplis nobilitata suis.

Nostros

Nostros ergo animos lenis horum cura fatigat,  
Stulte sollicitos de quibus esse uetas,  
Hec dabis, illa, preces, ut des, Pater accipe nostras,  
Vtiliter tantum nos ale sancte tibi.

## PHILIPPI MELAN- THONIS.

H Is epulis, donisq; tuis benedicito CHRISTE,  
Vt soueant iussu corpora fessa tuo.  
» Non alit in fragili panis modo corpore uitam,  
» Sermo tuus uitæ tempora longa facit.

## IACOBI MICYLLI.

O Mnia qui pascis, quæ totus continet orbis,  
Qui pascis modico millia multa cibo.  
Aspice sancte Pater labentis tempora uitæ,  
Atq; hæc filiolis annue dona tuis.  
Vt quibus hic iterum fragiles reparabimus artus:  
Sumamus grata uina, dapésq; manu.

## ADAMI SIBERI.

A T tollunt ad quem uiuunt quæcunq; creator  
Lumina, sperati cum uenit hora cibi:  
Qui largus donas animantibus omnibus escam,  
Atq; penu gratis diuite promis opes:  
Vt satiata animis leti nil crastina current,  
Et munus faciant officiumque suum:  
Aspice nos proprius, trahimus qui semina mentis  
Cœlo, quo C H R I S T I morte redire datur,  
Aspice, & has epulas, tua quas dat gratia, membris  
Esse salutares alme iubeto Deus.

HERMANN

*56*  
HERMANNI BVSCHII.

**Q**uæ nunc sumemus membris alimenta caducis,  
Hæc Deus imperio sint benedicta tuo.

EVRICII CORDI.

**P**ræstata diuino nobis alimenta fauore,  
Authoris dextra sint benedicta Dei.

IOANNIS STVRNI.

**C**hriste sacrata uelis hæc nostræ munera mensæ  
Numine cuncta tuo CHRISTE sacrata uelis.

IOANNIS GIGANTIS.

**F**actua C H R I S T E pijs accedit gratia mensis,  
Ut noscant superas pectora nostra dapes.

NICOLAI BORBONII.

**O**Deus appositis, apponendisq; precamur,  
Et uotis placido numine dexter ades.

PRECES POST CI-  
BVM. PVER TAMIAE.

IOACHIMI CAMERARII.

**P**ostquam exempta famæ, epulisq; fugata recepit:  
Ad studium redeat paruula turba suum.

Dæ Pater, alta, tuo tibi munere corpora crescant,  
Vna sit, imperium, cura, obijsse tuum.

Neu tua cum mereant æra, haud tua iussa capessant;  
Quod iubeas, faciant: quodq; uetes, fugiant.

Sic in concordi degat mens corpore, & una  
Cum ueniet, tecum sit sine fine, dies.

CHORVS

CHORVS PVERILIS  
EIVSDEM.

Visquis es, in quacunq; manes regione, locoq;  
Et quæcunq; tuæ nomina gentis habes:  
Seu tibi primus adeat rediuiuo lumine Phœbus,  
Lotus ab æquoreis confaciendus aquis:  
Siue uides labi postremum in Tethyos undas,  
Séq; agere ante diem, post tenebrásq; sequi:  
Aut latere in lævo mundi, dextro ué locatus,  
Inde calore frequens ureris, inde gelu:  
» Mente, Deo & laudes quid ciffas dicere uoce?  
» Ore, animo, cunctos hunc celebrare decet.  
Nam Pater est, & nos audítq; uidétq; benignus,  
Et sicut imposta uulnera nostra manu.  
Subleuat iste graues qua mansuetudine casus?  
Quidquid agit, nihil hoc mitius esse potest.  
Ecce cibum, quem nos nunquam quæsiuimus, offert:  
Et uitæ ignaros ueste domóq; tegit.  
» Atq; hæc non mutanda Dei sententia constat,  
» Que se huic credentem posse perire negat.  
Ergo simul lenis Pater est, ueráxque, bonusque,  
Protegit hic, quis nos quem metuamus erit?  
Nec sibi pro tantis meritis quidquam ille rependi,  
Quam benefactorum commeminiſſe iubet:  
» Namq; aliud nihil hic, unus qui cuncta creauit,  
» Quam grati laudes cordis, & oris amat.

57

# ALIVS CHORVS.

EIVSDEM.

Hic magni adesto parue grex, Patris proles,  
Magni Patris, magni Dei,  
CHRISTO sacer, deuotus & duci CHRISTO,  
Laudes feramus numini:  
Versus canamus blœfulo leues ore,  
Carmen, Melos, Cythara, Lyra.  
En perbenigne debito cibo accepti  
Redimus, & deest nihil.  
Igitur aues gutture sonante, cœlestes  
Complere certantes domos,  
Sursum deorsum, & in uices uagabundas,  
Seipsas studentes uincere.  
Frustra uidemus? & sua feras uoce  
Faterier opificem Deum:  
Mutum nihil, tacitumque, cuncta uel uocem,  
Vel signa uocis edere,  
Ut piscium leuis salit profundo gens  
Amnis, marisque in gurgite,  
Et se in auræ librat, ac recipit intro,  
Et quo datur laudat Deum.  
At nos opus pulcerrimum Dei nostri,  
Vox mente quibus ab intima  
Venit, nec ore uana nascitur summo:  
Nos ergo quid? tacebimus?  
Istamq; laudem bestijs relinquemus?  
O turba particeps Dei.

E Minime

Minime tacebimus: decetq; nos Brutis  
» Præstare, natos & suum  
» Colere parentem: gratias agere magnas  
Pectoréque uoce que consona,  
Pro tot beneficijs, & innumeris donis,  
Quorum ille nobis autor est,  
Quod uestimur uitalibus homines auris:  
Hoc munus est primum ipsius.  
Dein quod ipsum agnouimus Deum æternum,  
Beneficium est primarium.  
Pulcérq; uiribus quod integris sexus,  
Nec alterum sumus genus,  
Quod unde edamus, uestiamur est, confert:  
Et discimus quod litteras:  
Nec corporis bonis nec ingenij expertes  
Ignobile æuum degimus.  
Quid hæc, quod educamur ad decus uitæ,  
CHRISTI q; usus Ecclesiæ.  
Ineruditam degimus nec ætatem,  
Quæ laudis est occasio?  
Quare agite, pro se quisq; concelebrate,  
Quibus potest Patrem modis,  
Et ad suum redeat opus alacri mente:  
Sic sic Pater noster iubet.

## PHILIPPI MELAN<sup>N</sup> THONIS.

POstquam epulis exempta fames, mēsæq; remote:  
Dicemus grates nos tibi summe Pater.

Non

Non hæc humanas uires alimenta iuuabunt,  
 Diuina si non hæc foueantur ope.  
 Namq; tuo uiuunt agitata à numine cuncta,  
 Afflatu spirant cuncta, ualentq; tuo.  
 Cumq; epulas dederis rerum Pater optime nobis,  
 Adde e pulis uires pro bonitate tua.  
 Nunc etiam gratis animis alimenta ministra,  
 Atq; immortali pectora pasce cibo.  
 Et quia cura sumus tua nos Pater optime, serua  
 Et studia, & uitæ tempora cuncta rege.

## IACOBI MICYLLI.

**C**orpora qui solito satias nostra cibatu,  
 Qui satias toto quidquid in orbe manet.  
 Pasce tuo, genitor, mortalia pectora uerbo,  
 . Nostrâq; coelesti nectare corda riga.  
 Quò pariter membris, pariter quò mente refectis,  
 Vsq; tua liceat nos bonitate frui.  
 Tandem etiam placido uectos super æthera cursu,  
 Inter felices astra tenere choros.

## ADAMI SIBERI.

**Q**uidas iura polo, terre, pelagiq; profundo,  
 Quæq; in eis uiuunt pascis, alisq; Pater:  
 Pabula iumentis qui prebes: pabula pullis  
 Coruorum, qui te uoce gemente rogant:

Non te robur equi, non te iuuat ardua ceruix,  
Non tibi membra placent, cruræq; firma uiri.  
» Sunt tibi grata tuum metuunt quæ pectora numen,  
» Spes omnis quibus est in bonitate tua.  
Qualia, nunc quoniam cepit tua munera corpus,  
Si dederis, dederis omnia summe Deus.

## HERMANNI BVSCHII.

**Q**uod sumus utilibus dapibus, potuq; refecti:  
Laus tibi pro donis sit Deus alme tuis.

**E**VRICII CORDI.  
**D**ebile qui corpus largito pane refecit:  
Et uerbo mentem recreet ille suo.

**I**OANNIS STVRNI.  
**P**lurima pascenti referatur gratia CHRISTO  
Pascentem largè gratia larga manet.

**I**OANNIS GIGANTIS.  
**Q**ui largo corpus, potuq; ciboq; refecit,  
Pascat & eterno pectora nostra cibo.

## NICOLAIBORBONII.

**Q**uas agimus grates læta pater accipe fronte,  
Qui nobis larga das alimenta manu.

PVER

PVER PRAEFECTVS  
AD SOCIOS LV=  
DENTES.

GEORGII FABRICII.

**P**ost studia ô pueri concessa hæc ocia nobis,  
Vt fiat lusu dulcior ipse labor,  
Ad properate, Deus nobis hæc ocia fecit:  
Vocem eius, ludi (credite) rectór habet.  
Ludite iam socij, non est meminisse laborum  
Nunc locus: ingenuis conuenit hora iocis.  
Ludite, uerum absit petulantia, iurgia, clamor:  
Ingenium præceps arguit ira ferum.  
Vt quondam puerum audistis lusisse Tobiam,  
Cursaret cœci cum patris ante pedes.  
Grandæuoq; satum ridentis uiscere matris,  
Qui tulit Abramo gaudia multa seni.  
Vt lusit, nondum raptus, carum ante parentem  
Prima Canopæi fama, decusq; soli.

PVER A LVSV RE  
VOCANS.

E I V S D E M.

**L**vdendi tempus non ultra extendite metam,  
O socij pueri.

E: 3 Elapsum

» Elapsum tempus nunquam reuocatur, & aetate  
» Fluminis instar abit.  
Quod lusus agitat, breue sit: quod seria, longum  
Lex ea fixa Scholæ.  
Iam repetatur opus, rediere in corpora uires,  
Mensq; leuamen habet.  
Ergo preces reuocate pias, reuocate labores,  
Quod monet hora breuis.  
Sic nostrū CHRISTVS cœtumq; scolamq; gubernat  
Et fuget omne malum.  
Cuius nos purgati undis, & morte redempti,  
Turba pusilla sumus.

PVER INSPECTOR  
MORVM ET STV-  
DIORVM.  
EIVSDEM.

M Vnere quisq; suo pueri fungamur: honore  
Deo, & magistris debito.  
» Lumina nemo Dei fallit: cœlare docentes,  
Sed non latere possumus.  
Aſſidui, & nullo ſimus cogente modesti,  
» Deus intuetur ipſe nos.  
Tempore præscripto faciamus cuncta, locoq;  
Aptoque rebus ordine.  
» Impius eſt, quisquis fancitas ſpernere leges,  
» Molitur aſſu noxio.  
Sed ne quid nostris tribuamus uiribus: alti  
Opem uocemus numinis.

Sandt

Sancte parens aestus puerilis comprime mentis,

Tuo sacrato flamine,

A te ne cursus studiorum deuict usquam,

Cœcis aberrans gressibus.

Sit simplex nostræ syncerâq; semita uitæ,

Te lingua, pectus, os colat.

Exemplo nulli prauo noceamus, easdem

Discamus artes seduli.

Neue ignaua datum uiciet rubigo talentum,

Inseruiamus omnibus.

Donum quisq; suum Pueri, tibi CHRISTE, dicamus,

Tuæq; sanctæ Ecclesia.

In qua dum liceat modo uiuere, summa tenemus

Nec aestimanda numera.

60

## CHORVS SCHOLA STICVS.

### EIVSDEM.

O socij lœtas hic omnes uertite mentes,

Nostrî putemus dignitatem muneras,

Ac puerum pueri simul obsecremus IESVM,

Imo uocantes corde nescit spernere.

Ille sibi placitas puerili in pectore sedes,

Eius sequente fida iussa deligit,

Materno nondum formatam corpore massam,

Vitæq; inanem, luminisq; nesciam,

Esse hominēmque iubens, & ad ipsa hæc munera ser-

Sua anteuenit ipse prouidentia. (uans,

Nos quoq; quos uicium tristi damnauerat orco,

Iraeq; natos, esse natos gratiae

E 4 Fecit,

Fecit, & adiuas perduxit fluminis undas,  
Sacroq; paruos imbuit spiramine.  
Post etiam ex hominum tanta (mirabile) turbā  
Hanc ad palestram literarum conuocat.  
Ex nostrōq; sibi (Pueri hoc perpendite) cōetu  
Tandem ministros eligens Ecclesiæ,  
Cœlum ipsum mandat, quia uerbi munera tradit  
Docenda: uerbum Patris ipse C H R I S T U S est:  
Nos Patris, & CHRIS TL, Patrem CHRISTUMq; ro-  
Vt ipse pectus, ipse nostra lingua sit. (gemini,  
Simus in hac fortes socij statione, nec annos  
Spectemus, aut uires ad has increduli,  
» Non mendax Deus est, nec C H R I S T U S falleret  
» Paruisq; gaudet, ut superba conterat. (uit,  
Excitat hic puerum Samuelem, ut destruat Heli-  
Domum, propage nobilem, sed impiam.  
Helchitin pueri tutatus uoce pudicam,  
Libidinosos sustulitq; iudices.  
Non fragilem ætatem, non incunabula spernit,  
Cum membra nostræ sumperit formæ Deus.  
Et qui non solum patres dedit, atq; magistros,  
Sed intuentes ora patris Angelos,  
» Hostis erit? cesset mens, & uox impia, summus  
» Contemptus est non uelle C H R I S T O credere.  
Omnia speramus, promittimus omnia nobis,  
Audacis, impijue non hoc est opus.  
Munera dant nobis indulgentissima Patres,  
Cœlestis ipse non sit mitior parens?  
Vnanimes igitur pueri contollite uoces,  
Audire uult, orare cum ipse iusserrit.

61

Nate Dei, miseris non horrens uisere terras,  
Mortalibusq; uerba fari mystica,  
Sit tuus ille sacer nobiscum Spiritus: ut te  
Noscamus, atq; prædicemus cognitum.  
Non sine de Patrijs tolli tua munera templis,  
Tuere collectas tibi Myrmecias.  
Non rimosa tui, sint pectora, uascula uerbi,  
Nec templa nostrum polluantur cordium.]  
Seruiat ingenium diuinæ laudis honori,  
Inanis omnis siue Deo scientia.

cc

## PRECES VESPERTI NAE, P VERI C V B I T V M EV N T E S.

### IOACHIMI CAME RARIL.

**N**unc cubitu, quoniam magna est pars acta diei,  
Tenebræq; terras occupant  
Imus, quisq; suas ædes, pensq; soluto  
Curam diei ponimus.  
Nunc propria ô pueri occursabit mortis imago:  
Germana leti hæc est quies.  
Discite uos patri, quanti estis, credere uestro:  
Perijstis hic si negligat.  
Exiguus restat debiscens Spiritus oris,  
Mors præter hunc ipsissima.

cc

cc

cc

cc

E 5 Ergo

Ergo prius dulcis, quam claudat lumina somnus,  
Et fessa membra recreet:  
Sic geminis sursum ad nascentia sidera palmis  
Tensis, precamini Deum.  
O Pater hanc facilem, carpat mens læta quietem,  
Et in sinu æternam tuo.

## EIVSDEM.

I Am Phætonteos ignes pepulere tenebre,  
Fumantēsq; egit sub mare Phœbus equos:  
Vmbræ iam faciunt æqualia cuncta uideri,  
Omnibus in rebus cum color unus inest:  
Lucibus exiguis tantum nox atra nitescit,  
Plurima qua tremulo lumine stella micat.  
Aurea gemmati temones plaustra reducunt,  
Iamq; moues segnes tarde Boota pedes.  
Ipseq; fulgentes humeros ostendit Orion,  
Atq; uno pressam sub pede calcat humum.  
Ibimus hinc solito capturi tempore somnum,  
Vt renouet dulcis languida membra quies.  
O pueri uera condemur imagine mortis,  
Quisq; Dei casta uoce precemur opem.  
O Pater hanc noctem, ne quo perdamur ab hoste,  
Auxilio firma præsidioq; tuo.  
Cumq; sopor fessos studijs recreauerit artus,  
Lumina da letum cernere nostra diem.  
Atq; ita seu capient nocturnam membra quietem,  
Siue die iussum perficiemus opus:  
Esse tuos semper facias, semperq; manere,  
Hæc Pater est nostræ summa caputq; precis.

IACOBI

# IACOBI MICYLLI.

**A**lme parens hominum, cui rerum summa potest  
 Qui miseris noctu nostegis, atq; die: (stas,  
 Respice quos cœcis operit nox atra tenebris,  
 Quosq; iterum dubia mortis imago premit.  
 Et nos pacato facias requiescere somno,  
 Tutaq; præsidio membra leuare tuo.  
 Quo simul à tenebris liceat nos, atq; periclis,  
 Incolumes reducem mane uidere diem.

# GEORGII FABRICII.

**I**nclinata dies, & Sol decessit Olympo  
 Aureus, ac terras nox tenebrosa premit.  
 Corpora concessæ donamus fessa quieti,  
 Donec ad impositum suscitet ales opus.  
 Sed non & stygij uis dura quiescit Aucuni,  
 Nec patitur somnos peruigil ille Draco:  
 Pugnat in humanam qui toto marte salutem,  
 Quiq; struit uarijs mille pericla modis.  
 Pro nobis uigiles te maxime CHRISTE rogamus,  
 Sopitos sensus dum tenet alta quies.  
 Sit tuus ad dextram bonus Angelus, atq; sinistram,  
 Cœlesti miseris qui tueatur ope.  
 Tristia terrificæ qui pellat somnia noctis,  
 Et quidquid trepido corda timore mouet.  
 Ut cum depulerit tenebras aurora, diurnum  
 Auspicijs lætis aggrediaumr opus.

MEDI

# MEDITATIO CVBI TVM EVNTIS.

**V**T modo ponuntur languentia corpora somno,  
Sic olim luteum morte iacebit opus.  
Effice dum uenias iudex, ut C H R I S T E quiescant,  
Spiritus in cœlo, relliquæ in tuumlo.

## IOANNIS STIGELII.

**I**Am mea declino nocturno lumina somno,  
Omnia mox rigido membra sopore premar.  
Nec scio num possim reddituram cernere lucem,  
An mihi sit, somni, mors obeunda, foror.  
Sed tibi summe Deus, Deus iniuctissime grates,  
Quas toto possum pectori gratus ago:  
Incolumem qui me uoluisti hac luce tueri,  
Ne uitam premerent ulla pericla meam:  
Quiq; repressisti grassantis demonis iram,  
Qui rabido populos circuit ore tuos.  
Nunc quoq; dum iaceo ueluti morientis imago,  
Mi Deus, haec nutu membra tuere tuo.  
Ne lasciuia meos perturbent somnia sensus,  
Organa tu mentis dirige crassa meæ.  
Factuus immanem procul Angelus arceat hostem,  
Cui proprium est regni lēdere membra tui.  
Crastina sic cernens redeuntis tempora lucis,  
Grata tibi memori carmina mente canam.

Iam cessent curæ, placidi requiescite sensus,  
Tu mihi iam C H R I S T O somne fauente ueni.

## ADAMI SIBERI.

PHœbus peracta luce uultum condidit,  
Micantque; cœlo sydera:  
Nos fessa curis, & laboribus damus  
Dulci quieti corpora.  
Sine uitij non uiuit ullus, & rudis  
Occasiones criminum.  
Non uitat ætas semper: ergo nequiter  
Ignosce quæ, Pater, ægimus.  
Præsto iube nobis tuus sit Angelus,  
Qui nocte nos hac protegat.  
Et tu, tua quæ maxima est potentia,  
Obscœna pelle somnia.  
Nil iuris habeat hostis hic: simus tui  
Hac nocte, qui fuimus die.  
Exibit ut cum luce crastina uigil  
A quis Eois Phosphorus:  
In litteris tibi seruiamus ô pater,  
Et mente simul, & corpore.

## IOANNIS GIGANTIS.

CHRISTE Pater rerum, tellus cui paret, & æther,  
De cuius pendet munere nostra salus:

Suscipe

Suscipe per totam miserum defendere noctem,  
Suscipe me famulum C H R I S T E iuuare tuum.  
Ne mihi uel cœcæ metuenda pericula noctis,  
Vel noceat stygij uis truculenta lupi.  
Cura meæ tibi nam soli data C H R I S T E salutis,  
Temelius nobis nemo præesse potest.

## PATER ORANS PRO LIBERIS.

### ADAMI SIBERI.

○ Qui solus habes uerè, Pater unice, nobis  
Dulcia quæ donas nomina ferre Patris.  
Quæ tua sancta homini uox dixit crescere, prole  
Nec pauca uestrum multiplicate genus:  
Quam dedit è casti iuncta mihi fœdere lecti,  
Fœcundi nobis pignora grata thori.  
Anne mihi ut tacitum pertentent gaudia pectus,  
Ipse Patris solus lœticiāq; fruar?  
Tantum corpus alam, & fragilem traducere uitam  
In terris monstrem qua ratione queant.  
Nec non diuitias multo illis congerat auro,  
Curāq; non tenues nostra relinquat opes?  
Non ita. Sed discant ut te Dominumq; Deumq;  
Vulnera naturæ fœdāq; nosse suæ.  
Scilicet à primo labem traxisse parente,  
De facili finxit quem tua dextra luto.  
Illum, dum uetita decerpit ab arbore pomum,  
Ah caussam quantis, quōtq; fuisse malis.

Ut iam nemo colat, nemo ueneretur, honoret,  
 Rite creatoris numina sancta sui:  
 Mancipium sed homo Sathanæ sit uiuus, Auerno  
 Mersus, et æternis præda cremanda rogis.  
 Ne tamen humani generis stirps tota periret,  
 Quæ fuerat cœli nata tenere domos:  
 CHRISTVM iræ iusti se subiecisse parentis,  
 Nec merita nostrum morte luisse scelus.  
 Hoc qui nunc fidunt, cœlestes scandere sedes,  
 Turbat ubi nullus pectora lœta timor.  
 Hoc igitur primum, rectas coluisse per artes  
 Tum mentes, linguas & didicisse uelint,  
 Vt poſſint alios de relligione docere,  
 Et multis nomen notificare tuum.  
 Quot tamen hoc faciunt? eheu pars maxima Patrum  
 Doctrinæ genus hoc crimen habere putant,  
 Instillantq; suis odium pietatis, in atros  
 Serpentes stygium uirus & adiiciunt.  
 Quid uero reliqui? mage quam sua pignora curant  
 Setigerosq; fues, ruriculásq; boues.  
 At mihi da mentem contra impia secula rectam,  
 Officio sancti fungar ut ipſe Patris.  
 Instituámq; meos, ueluti de sanguine natos  
 Lamechidesq; suo, Thariadesq; suo.  
 Et quia discentis nisi mens pietate trahatur,  
 Cura nihil quidquam præcipientis agit:  
 Sparge precor teneras cœlesti rore medullas,  
 Afflatúsq; tui numine corda moue,  
 Vt Patris aure bibant cupida præcepta, magistri  
 Quiq; tenet sanctæ uiræ a ſceptra ſcholæ.

Vt formatrices mollis quasi cera sequantur,  
Optima non tarde percipiendo, manus.  
Quæ faciem assidue spectat, tuaque ora creator,  
Sit presto angelici turba ministra chori:  
Ne stygij teneris noceat uis saeva tyranni  
Mentibus, et captas sub sua iura trahat.  
Confita sed riguo ceu plantula surgit in horto,  
Et fit frondosis arbor opaca comis:  
Iusticie flore, et pietatis foetibus aucti  
Succrescant, laudis pars quotacunq; tuæ.  
Hæc ego pro natis, quæ ne sint irrita, CHRISTI  
Per te sancte Pater facta, crucemq; rogo.

## MAGISTER ORANS PRO DISCIPVLIS.

GEORGII FABRICII.

(torquens,  
**O** Domine atque Deus, terram et supera ardus  
Quem Patrem credunt pectora, lingua uocat:  
Nemo tuo quidquam peragit sine numine rite,  
Seu priuata gerat, publica siue gerat.  
Nec geret illa tamen, primis nisi doctus ab annis,  
Virtutis carpat cum pietate uiam.  
Ergo inter promissa tui tot munera nati,  
Doctores etiam nomina prima tenent.  
Hoc nunc officij cum indignus fungar honore,  
Paruaque sit fidei tradita turba meæ:

Da mihi solliciti mentem, affectumque parentis,  
 Cura sit ut teneri fida, tenaxq; gregis.  
 Nil doceam, uel agā, quod prava exempla sequātur,  
 Ne temerem C H R I S T O templa sacrata tuo.  
 Ille suis pueros quam blande amplectitur ulnis,  
 Quāmq; ipsos lædi uoce minante uetat.  
 Ille suis puerum monstrans etiam ipse ministris,  
 Maximus esse studens, hunc imitetur, ait.  
 Hos mihi committis, quos nunc ego grandior annis,  
 Quōsq; alij debent simplicitate sequi.  
 Non ego non istum caperem Pater alme laborem,  
 Sed bonitas fortē me tua magna facit.  
 Te mandante sequor, te defendente guberno,  
 Tēq; iuuante meum non ego segnis opus.  
 Quod nequeunt paruae uires, tenuisq; facultas,  
 Hoc scio me ardenti posse parare prece.  
 Expertusq; alme tot propugnacula dextre,  
 Non cessabo tuam sollicitare fidem.  
 Ergo care parens, imbellis assere cōtus,  
 Inq; tuum miseros suscipe sancte sinum.  
 Ne Paradisiacos homini furatus honores,  
 Decipiāt solito credula corda dolo.  
 Inuālidos defende potens, & maxime paruos,  
 Conserua pia quod dextra creauit opus.  
 Quiq; tua ætherei uigilant ante ora ministri,  
 Perpetua fragiles hos tueantur ope.  
 AEtati est error, leuitasq; innata pusillæ,  
 Addit & ad uicium uita proterua faces.  
 Sepe mali nocuere bonis, quiq; ante secutus  
 Recta fuit, captus concidit ille dolo.

Sed quidquid uicij est, & quidquid triste timetur,  
Corrige, tolle, tua pro bonitate Deus.  
Delige de tenero tibi membra fidelia cœtu,  
Qui celebrent nomen secula cuncta tuum.  
Impelle infantum CHRISTI ad præconia linguam,  
Ingenuisq; animum moribus adde pium.  
Tu rege nutricis uix raptos lacte tenellos,  
Imbuéq; afflatu pectora parua sacro.  
Quam thus in Libano suænes diffundit odores,  
Tam gratos fructus area culta ferat.  
Surgit ut Idalys, uernans rosa, consita riuis,  
Ut Syrio florent lilia cana solo:  
Sic crescat studijs clara, & pietate iuuentus,  
Et cœtus uigeat fida ministra tui.  
Da placidos Zephyros nostræ, da uela carinæ:  
Ut contempta sumus, sic tua turba sumus.

LIBERI ET DISCIPV  
LI ORANTES PRO PARENTI  
BVS ET PRAECEPTO=  
RIBVS.

HIOBI MADEBVR GL

**Q**uem tellus tremit, & terra sublimior orbis,  
O Deus, ô clemens accipe uota Pater.  
Pectore quásq; damus pauido iustissime, iustas  
Exaudi nostras pro bonitate preces.

No

Nostua maiestas terret ueneranda, sed illa  
 Filius, ut comis, sitq; benigna, facit.  
 Vnus is ad dextram tecum Deus, ipse pusillos  
   Suscipit, & placida uoce uenire iubet.  
 Adsumus, & precibus facile te poscimus aurem,  
   Amplius ô timidis non metuende Deus.  
 Nos pia te docuit uenerari cura parentum,  
   Pro quibus has merito fundimus ore preces.  
 Hoc pietas iubet, hoc tua non uiolanda uoluntas,  
   Hoc uult pro meritis reddere gratus amor.  
 Ad te igitur tot nos suspiria ducimus, in nos  
   Esse quot ipsorum facta benigna solent.  
 Emisit primas nos mater dulcis in auras,  
   Cui graue, sed gratum tum fueramus onus.  
 Huius & infantes pleno ubera duximus ore,  
   Hæc alimenta manu dulcia sepe dedit.  
 Sepius insomnes exegit sedula noctes,  
   Dum sua uult somno pignora cara frui.  
 Deniq; quod summum est, uerba ipsa precantia pri-  
   Nos docuit balba uoce iterare rudes.      (num  
 Maior deinde patris cura, assiduiq; labores,  
   Quo uigor in nobis maior inesse solet.  
 Cuius amor uitam natorum spectat in omnem,  
   Próq; suis curas anxius unus agit.  
 Fine carent benefacta Patris, nec nocte dieq;  
   Illi nouit sollicitudo modum.      cc  
 Credidit hæc doctis nos nobiliore magistris  
   Parte, simul iussit nomen habere Patris.  
 Nomen dulce Patris, nomen quoq; dulce magistri,  
   Non minus is curat, non amat ille minus.      cc

Mitius ingenium, pia mens exculta per artes,  
His par esse bonis gratia nulla potest.  
» Gratia nulla potest meritis par esse parentum,  
Vix tamen, ô scelus, has unus & alter agit.  
A nobis scelus hoc Deus ô prohibeto nefandum,  
Et fac mente pia facta tenere patrum.  
Pro quibus has memores iustas effundimus, ad te  
Non dubitante Deus pectora & ore, preces.  
Spiritus illorum fac sanctus corda gubernans,  
Instruat in uera cognitione tui.  
Syncerum puræ da religionis amorem,  
Da ueram nati noticiamq; tui.  
Hanc si noticiam dederis, quid cetera frustra  
Expetimus, quæ tu sponte daturus eras?  
Sed prece tu multa gaudes, & in hac quoq; noster  
Parte erit erga ipsos officiosus amor.  
Concordes petimus per agant ut tempora uitæ,  
Inq; annos multos uiuat uterq; parens.  
Iniusta nunquam res fraude domestica crescat,  
Atq; sue sortem conditionis ament.  
Addictiq; semel studijs, cum tempus in omne  
Artibus optimus posse uacare bonis,  
Hanc illis mentem, & mediocres suggere sumptus,  
Ne pessum, in nobis quod bene cœpit, eat.  
Et quia nos fidis iam commisere magistris,  
Nobiscum ô Deus hos ut tueare rogant.  
Te saluasse Patrem nati per uulnera C H R I S T I,  
Numine nosq; sacro uiuificasse, docent.  
Moribus informant iuuenilia pectora castis,  
Omne simul prohibent impietatis opus.

Sed nos esse bonos quia fert male, pessimus omnis  
 Autor flagitij, his sepe nocere studet.  
 Despicit hos mundus, cui uirtus sorbet, mani  
 Et contra fastu quod tumet, illud amat.  
 Quos tu summe Deus nobis defende, pusilli  
 Inq; duces probibe uimque dolumq; gregis.  
 Utq; illis merito Patris attribuuntur honores,  
 Illos fac patrius sic quoq; tangat amor.  
 Non labor assiduus segnes, non immemor esq;  
 Officij faciat mens male grata sui.  
 Et tu, quod multa cura studio que merentur,  
 Pro pretio dignam redde benigne uicem.  
 Hec te summus amor fretus bonitate precatur,  
 Nostra nec esse fides irrita uota sinit.

## PRECES OMNI TEMPORE.

### IOANNIS RIVII AT<sup>E</sup> THENDORIENSIS.

O CHRI STE summi nate Patris unice,  
 Salutis autor, certa spes mortalium,  
 Cuius fauore destituta sedulo  
 Quid nostra, quæso, posset imbecillitas?  
 En nos tuam Pater benigne gratiam  
 Miseri inuocamus, & piam clementiam:  
 Adesto nunc, aureisque faciles quæsumus

Precibus iuuentæ supplicibus accommoda,  
Hic præolutæ genibus ô Pater tuis,  
Orantis ore pariter atq; pectoræ.  
Ut hebetis obscuram ingeni caliginem,  
Atrásq; pectoris tenebras dissipes,  
Illuminans splendore gratiæ tuæ,  
Noctem profundam, cœcaque penetralia  
Mentis: te ut unum mysticis queat abditum  
In litteris dilucide cognoscere,  
Efferre laudibus, & amare cognitum,  
Tuisq; semper ingredi uestigijs:  
Præcepta seruare tua, uitæq; unicam  
Exprimere sanctis regulam te moribus.  
(Aliunde neq; enim certa uitæ formula  
Petenda nobis) tu scopus studij unicis:  
Ipse institutos ad te IESV dirige  
Cursus, aberret ne procul, neq; deuiet  
A destinato cœca mens studij scopo.  
Ne uana mundi nos procul superbia  
A te reflectat, neu supercilium arrogans,  
Tuis abuti muneribus cogat Pater,  
Tandémq; nobis inde scateat exitij  
(Quod tu precamur omen auertas Deus)  
AEterni origo, spes salutis unde erat.  
Rata hæc IESV uota sint precantium  
Fac quæsumus, & hunc deditum tibi gregem  
Pubis studioſe rege, tuere, promoue.

MATTHIAE

68

MATTHIAE MARCI  
DABERCV=

SIL.

O Deus omnipotens, nati qui nomine mandas  
Orare, & nomen sanctificare tuum.  
Promittens certis per sacra uolumina uerbis,  
Te suscepturn talia uota Pater:  
Quiq; probas laudes puerili ex ore profetas:  
Et lingua infantum notior esse cupis:  
Quos ex complexu dignatus filius olim,  
Turbae indignanti talia uerba dabat:  
Quin pueros ad me permittitis ire pusillos,  
Sunt quorum æterni regna beata Patris.  
His nos accensi merito, Pater optime, iussis,  
Promissisq; tuam sollicitamus opem:  
Qua sine nil nostræ uires, nil debile prodest  
Ingenium: nostras accipe queso preces.  
Principio petimus, nos ut defendere contra  
Insidias Sathanæ, diraq; tela uelis:  
Qui nos à recto uitæ deducere calle,  
Atq; in perniciem præcipitare cupit.  
Præcipue ut numenq; tuum, præceptaq; sancta  
Secure à nobis despiciantur agit.  
Ut contemnantur, qui nos genuere parentes,  
Præcipis eximia quos pietate coli:  
Quiq; uicem illorum fungentes, pectora formant,  
Artibus & rectis excoluuisse student:  
Quis à discipulis tanta pro dote referri,  
Tantis pro meritis gratia nulla potest.

F 4 Quinta

Quinetiam impellit saepe ad mendacia, furtis,  
Inuidiaeque malum, disidiæque malum,  
Iram, inimicitias, fœdæque libidinis aestus,  
Et nos à studijs abstrahit usque bonis:  
Ad quæ iam pridem tu nos Pater ipse uocasti,  
Donans quidquid ad hæc rite colenda facit:  
Ingenium, Patres, Præceptorésque fideles,  
Qui soueant miserios, instituantque rudes.  
His quoniam pueri saeuis incurvisbus hostis,  
Exiguis nequeunt uiribus esse pares:  
Ad te configimus solum Pater, atque precamur,  
Ut nobis adsit Spiritus ille bonus:  
Quem nobis meruitque tuus, sesquaque daturum  
In sacris dixit Filius ipse libris:  
Naturam emendet qui prima ab origine turpem,  
Ac uitijs nullum qui sinat esse locum:  
Luceat in nobis ut uera fidesque, timorque,  
Absque quibus poterit nemo placere tibi.  
Hinc uigeat pietas in te, pariterque parentes,  
Doctorésque tuo quos placet esse loco.  
Tum fidei fructus comitetur, corpus ut umbra,  
Erga omneis homines non simulatus amor.  
His ut præsternus faciles, quæcunque uicissim  
Præstari nobis ducimus esse piuum.  
Aduuet ut castam & moderatam ducere uitam  
Possumus, sanctos ut decet atque probos.  
Corpora ne temere contaminet ulla libido,  
Templum quæ uoluit Spiritus esse sibi.  
Ut quoque discamus sentire ac dicere uera,  
Nostraque concordent pectora, & ora simul.

Denuo

Deniq; qui faciat mens ut mandata sequatur,

69

Læta uoluntati pareat atq; tue.

Vnum etiam petimus, quoniam te autore uacans

His studijs, orsi grande laboris iter:

In quibus absq; tuo ductu non fidimus ire

Longius, aut ullo posse placere modo:

Hec ut fortunet nobis, idemq; gubernet

Spiritus afflatu, præsidioq; pio:

Discussis tenebris, atq; hac caligine mentis,

Qua tenera hæc ætas obruta tota iacet:

Primum tēque Deum doceat cognoscere uerum,

Quiq; fuit missus natus ab arce poli.

Est namq; haec prorsus studiorum summa bonorum,

Est sita in hac una cognitione salus.

Excitet in nobis etiam torpentia corda,

Arcana ad uerbi percipienda sacri.

Quippe hoc noticie thesauros continet omnis:

cc

Nemo sine hoc sapiens, nemo peritus erit.

cc

Hæc nostræ existat certissima regula uitæ,

Dirigat hæc cœcos clara lucerna pedes.

Arteis præterea quo discere detur honestas,

Neue quid inceptum forte moretur opus:

Obtusa exacuat, tardoq; sepulta ueterno

Ingenia, ad uerum suscitet ipse diem.

Hoc Zephyro fragilis medio uolet æquore puppis,

Contingens portus iniuiolata suos.

Et quia non uni terrarum allabitur oræ,

Linguarum uarios det quoq; nosse sonos.

Ne qua uoluptatem labes, neue inde uoluntas

Segnior, aut stultos ulla cupido uocet.

F 5

Omnis

» Omnis linguarum studio doctrina iuuatur,  
» Siue prophana libet discere, siue sacra.  
Deniq; sit cunctis doctribus illa facultas,  
Quorum opera haec nobis percipienda Pater:  
Ut teneros ipsi forment his artibus annos,  
Achis in cultos moribus erudiant:  
Quis magnumq; tuum celebretur nomen, & olim  
Augescat nati mystica turba tui:  
Verbum hoc uulgetur, propageturq; per orbem,  
Monstratur miseris unde salutis iter:  
Quæq; salutares sint omnibus, atq; salubres,  
In primis patriæ commoda multa ferant.  
Haec sunt, quæ petimus: quæ tu Pater optime nobis  
Per CHRISTI imperti nonuna sancta tui.

## THOMAE VENATORII.

Floride doctor facilis iuuentæ  
Spiritus Patris, genitique Verbi,  
Mitis irrorata salientis undæ  
Pectora riuis.  
Velle crescentem segetem malorum  
Cordis humani, leujibusq; flammis  
Vre desertum, simul & nocentes  
Comprime spinas.  
Quando nascentum scelus expiantem  
Laudibus ferret Pater ille diuum:  
Tu super tincti caput insidebas  
Casta columba.

Quinq;

Quinq; post cursum decies dierum,  
Nuper ut mortem tulerat Redemptor:  
Tu super uisus pauidos, ut ignis

Lingua refuges.

Adiuua duros hominum labores,  
Daq; nos rectumq; sequi, piumq;  
Et simul nostras studijs honestis

Imbue mentes.

Scilicet Muse redeant Maronis,  
Rursus & culti Ciceronis ora,  
Quidquid & quondam Clarius uidebat  
Phœbus Athenis.

## VENI SANCTE SPIRITVS &c.

### H. EOBANI HESSI.

**V**eni maxime Spiritus, tuorum  
Reple corda fidelium, tuique  
Accendas in eis amoris ignem.  
Qui gentes fidei sub unitatem  
Per discrimina multa linguarum  
Solator paraclete congregasti.  
Quem nunc mittere Spiritum per orbem  
Digneris Pater, omnia in nouabis.  
O qui corda fidelium benigni  
Flatus numine doctiora reddis,  
Da nobis age Spiritu ex eodem  
Et rectum sapere, & frequenter eius  
Consolamine uiuere, ac ualere.

IACOBI

# IACOBI MICYLLI.

Spiritus alme parens, triplicis pars tertia regni,  
Qui noua sedisti fonte columba sacro:  
Tunc cum se tingi uoluit Iordanis in amne,  
Quem genitum e summa miserat arce Pater:  
Huc ades, atq; animis clemens illabere nostris,  
Et renoua accensos luminis igne tui.  
Quo uelut omnigenæ linguarum munere gentes,  
Inanimi per te conualuere fide:  
Sic nostra unanimi socientur pectora pace,  
Nos canimus ueri nomen, opesq; Dei.

ADAMVS

71

# ADAMVS SI- BER VS AD PVEROS S T V D I O- S O S.

**L** Egibus & regitur tellus, & pontus, & æther,  
Et peragit certis legibus annus iter :  
Regna, domus, iustis celsæ stant legibus urbes:  
Quid uetat astrictas legibus esse scholas ?  
In nostrum qui das ergo tua nomina ludum,  
Egregieq; ardes laudis amore puer:  
Exornet castos fac sancta professio mores,  
Artibus & bona sit consona uita bonis . “  
Ne quas immerito nostri fera temporis etas  
Contemptas nullo prorsus honore colit : “  
Inuidia doctas oneres maiore sorores,  
Ardua Parnasi que iug a montis amant.  
Quod facere ut possis , primum prece numen adora,  
Quid deceat nemo , quo nisi dante , uidet:  
Tum serua scriptas quas conspicis ordine leges,  
Quis mores studijs conuenienter eant.  
Nam quisquis pulchrae laudis succensus amore ,  
Proluere Aonijs fontibus ora cupit:  
Ornatus cultu uirtutum diuite pectus ,  
Exemplum pueri debet & esse boni.

LEGES

# LEGES SCHOLÆ STICÆ.

**P**Rimum Dei quòd initium sapientiae  
Timor: absq; quo uana omnis est scientia,  
Cole illum ab imo, amāq; solum pectore,  
Finem laborum nec tuorum noueris  
Ullum, Dei C H R I S T I q; præter gloriam.

Cum lege te cognoueris Dei reum,  
Contaminatæ mentis ob caliginem,  
Et plurimorum fœditatem criminum:  
Tum propriarum dignitate uirium,  
Non stare contra posse uultum uindicis,  
Plenus fidéque spéque, ad aram confuge,  
Aram Dei dico perennis Filium:  
Qui morte tristi nostra finiuit mala,  
Quem propter & misertus omnium Deus,  
Spondet salutem perpetem credentibus.

At de Dei clementia iam certior,  
Eius capesse iussa toto pectore.  
» Cultus parentum, cura muneric sui,  
» Mens grata, dextra liberalis, sobrius  
» Virtus, uoluntas prompta, pectus tollerans,  
» Modesta lingua, ueritatis os amans,  
» Mores pudici, uita fraudis inscia,  
» Sunt Christiani certa signa nominis.  
Fides salutem dat, sequuntur hæc fidem  
Non mortuam, flatus sacrati munera.

Verbum Dei audi, pollicitisq; eius fidem  
» Habe: in sermonibus suis uerax Deus.

Pœnas minatur maximas incredulis,  
Fideiq; gaudet esse nostræ debitor.

72

cc

cc

Sanctis operare precibus omni tempore,  
Seu mane surgens, seu quiescens usperni,  
Præsens ut adsit omnibus laboribus,  
Mentiq; lumen præferat tuæ Deus.  
Ut Principes, Ecclesiam, Scholasticos,  
Cœtus, Parentes, & Magistros, & pios,  
Quocunq; sunt loco, gubernet & tegat.

Sed nec prius non inuocato numine  
Sumas cibum: qui namq; condidit Deus,  
Mortali alimenta præbet idem corpori.  
Cibum modestus carpe: non lupum aut suem,  
Hominem esse te memento, cogitans Dei  
Pasci benigna membra nostra dextera.  
Pulsâq; iam fame, dato pro munere  
Grato preces eidem funde pectore.

Quid plura? quidquid incipis rerum omnium,  
Præsto tibi ut numen Dei sit supplica.  
Nam quas fauor gubernat, & bonitas Dei,  
Res exitum solent habere prosperum.

cc

cc

Festis diebus concionibus sacris  
Libenter adsis, quæq; dicuntur, pia  
Exprimere uita, & moribus sanctis stude.  
Nec garriendo te gere immo destius  
In æde sacra, non uerens homines modo,  
Deum sed ipsum, cum beatis Angelis.

Quid horter, ut ritus colas Ecclesiæ,  
Quos CHRISTVS ipse tradidit? hos qui abijcit,  
Deiq; uerbum, & instituta negligit,

Ex

- Ex patre Sathan natus est, non ex Deo.  
Iusti parentes, sic Deus iubet, tuos  
Dignare cultu, nec patres animi minus,  
Qui litteris, pietate, moribus instruunt.  
Ipsos iubere, te decet iussa executi.
- Ab his loco uenerare proximo senes,  
Natu patres & esse maiores puta.  
In litteras incumbe toto pectore,  
Fortis laborum perferens molestias.
- A mariores sunt quidem radicibus  
Scientiae, sed fructibus dulcissime.
- Musis amica aurora, partem perficit,  
Eademq; tertiam operis: ergo surgito,  
Et mane tempus optimum da litteris,  
Nec perde relliquum ocio segnis diem.
- Iactura nulla maior est, quam temporis.  
Qui lectiones s̄epe negligit, fore  
Quis hunc putet doctum? uigere maxime  
Nam continens in litteris solet labor.  
Quod si tamen te caussa abesse iusserrit,  
Eam magistrum ne latere tuum uelis.
- Ingressus in ludum caput nuda, locum  
Et tacitus in subsellijs datum occupa.  
Instructus armis, fac relicti omnibus  
Agas, quo d illic flagitat præsens locus.  
Ab ore pendens te docentis excipe  
Quaecunq; dicit, ut cotidie doctior  
Fias: quis est sine namq; diligentia  
Receptus unquam Pieridum sacrarijs?

Qui contumax obedientiam abijcis,  
 Qui non magistris mente tota gratiam  
 Persoluis, & quod te decet munus facis,  
 Vel qui responsas murmurando, cum in tua  
 Non inuehuntur sponte delicta acrius:  
 Huius relinque limen improbus scholæ.  
 Qui litteras amat, amat idem corrigi,  
 Idem magistro obtemperat libens suo.

Ediscere quod iuberis, omne ediscito,  
 Et memoria constare doctrinam puta.

Non alterum recitantem ad aures admone,  
 Susurrus ille plurimum discentium  
 Cursum impedire & diligentiam solet.

Finita quando est lectio, tacitus tuum  
 Conclaue adi, nulli molestus alteri.  
 Nec hac nec illac cursita circum uagus,  
 Nec impedian tur te strepente seduli.  
 Mox à magistro dicta, seu de moribus,  
 Seu litteris, inscribe pectori memor.

Præcepta disce prima perfecte artium:  
 Herens in his, non audet unquam libere  
 Aut scribere, aut locus si postulet, loqui.

Per omne si uis ire scriptorum genus,  
 Docta monentis uoce semper utere:  
 Propone quem sequaris optimum tibi,  
 At cæteris utare, moneo, parcias.

Depone nunquam de manu stilum: sed hunc  
 Oratione, uerione, carmine  
 Exerceas, lux nulla sit absq; linea.  
 Magister est dicendi & artifex stilus,

ee  
cc

G In

» In litteris sine hoc opera atq; oleum perit.

Quam commodum est communicare sepius

Cum pluribus, communibus de litteris?

Amica sed sit illa conuersatio,

Quae cum frequens est, tum laborem subleuat,

Ad res paratum maximas & efficit.

A Etate fruere, quae cito cursu fugit,

Conset tibi ratio distributi temporis.

» Age ordine ac loco suo, quae cunq; agis.

A prandio coenaue, quando ludicris

Vacant sodales, si quid est leuis rei,

Quae non eget animi ingeniue industria

Agendum, agas: ne quid perire temporis

Simas, quod est tuo dicatum Apollini.

Quos iungit etas, & professio, & locus

Ama, nec ulla lude durus uerbulo:

Nec ceteros ama minus, quos copulat

Tecum fides, & caritatis regula.

Probos imitare & sedulos, ab improbis

Seiunge te: contentionem & iurgia

Quae barbarae sunt signa naturae, fuge.

» Lapsos mone, non diligentes corrige.

» Nefas nocere uel malis ingens puta.

» Patiare potius, quam facias iniuriam.

Quam forte si quis intulit prior tibi,

Aut perfer, aut si maior atq; indignior,

Quam ferre debeas, magistris indica:

Homini & equi ipsi, uerum iniquus criminis.

Tu uerbera nullum, nec ulli irascitor,

Nullum execrare optando quid damni aut mali.

Non arroganti pectoris fastu tumens  
 Preponet alijs, neminemq; despice.  
 Qui gratiam dat mitibus suam Deus,  
 Idem superbis iure pugnat omnibus.

cc

cc

Non ueste secta, non breui, non pendula  
 Incede, scurra sicut aut miles solet,  
 Aut qui feras sectatur altis montibus.  
 Sit apta tunica, calceus decens, toga  
 Qualis modesto, & non superbo conuenit.

cc

Non ense, & armis efferus succingere:  
 Cum Marte Musæ nil habent commercij.

Quid ora iubeam mane lymphis ut riges?  
 Capillus ut sit pexus, ut mundæ manus,  
 Conclave conuersumq; composti libri,  
 Puræq; uestes, stragulæq; lectuli?  
 Nil quam puer non mundus est odiosius.

cc

Cerere atq; Baccho temperanter utitor:  
 Luxuria uires mentis atq; corporis  
 Frangit, uenenum Colchicis nocentius.  
 Vbicunque regnat crapula, uirtus exulat.

cc

cc

cc

In publico ne turpiter te gesseris,  
 Aut per plateas otiosus ambulans,  
 Aut circulis loquendo stans forensibus,  
 Sed strenue, si iussus es quid, perfice.  
 Senex tibi si factus aliquis obuiam,  
 Aut publici fungens honore munieris,  
 Decede de via, caputq; detege.

Interrogatus fac breuiter respondeas  
 Prefato honore, gestibusq; corporis,  
 Vultu & pudorem liberali p̄ferens.

G 2

Quod

» Quod Sol dici, hoc est puer modestia.  
» Latere nullum facinus occultum puta.  
» Licet remotus omni ab arbitro locus,  
» Tamen uerere ubiq; præsentem Deum,  
» Oculi uident, notantq; cuius omnia.

*¶ Jun* Nihil loquatur tenera lingua obſcenius,  
» Obſcena balbum uerba quomodo os decent?  
Nec garrulum eſſe futilemē conuenit.  
Semper tace, aut sit sermo de rebus bonis.  
» Raros silere, lingua multos perdidit.  
Si cogitata mentis efferenda sunt,  
Fac lingua mentem ne anteuerat lubrica.  
Voce utere clara, nec nimis uolubili  
Sermone, uerbis nec moleſte congruis.  
At ſi magistro loqueris aut æqualibus,  
Animi latine facito ſenſus explices.  
» Eſt purus index sermo diligentiae,  
» At diligentia eſt bona index indolis.  
Ne riſeris, cum nulla riſus cauſa ſit,  
Nec ſint tui Timonis æmuli ſales.  
Aliena fraude uiq; aperta non rape.  
Nil inſciente uel magistro uel patre  
Eme atq; uende, debiti nil contrahē.  
Reſtitue, ſi quid inuenis, domino ſuo.  
Ne quid tamen perdas tuorum, ſedulo  
Vefteſ, libros, & quidquid eſt, cuſtodiās.  
» Ne mentiare, odiſ Deus mendacium.  
» Vera audi, amāq; uera, uera dicio.  
» Nil eſt amore ueritatis pulcrius.

Cum

Cum te dabis iucunditati, turpibus.  
Nec utitor ludis: nec in conuiujs  
Leuis choreas, aut ineptus ducito.

Ne nocte ludi tecta clanculum exiens  
AEdesue patris, furtæ sectoris mala,  
Aut poculis intentus aut lasciuæ.  
Caret pudore nox & adolescentia.

AEstate aqua caue lauare frigida,  
Ne plurimis quod contigit, uitam miser  
Submersus undis finias turpisime.

Domum uocatus, fac modestis moribus  
Grauiq; uita te geras, ut cæteris  
Des disciplinæ liberalis ac piæ  
Exemplum: honori sis tibi atq; litteris.  
Nec uinculis teneare sic domesticis,  
Ut litterarum obliuione, debitum  
Ad munieris locum recurras tardius.

Sed quid moror? fac omnibus dictis Deum  
Verearis, & factis, bonisq; in litteris  
Versando, ita instruas uitam, ut ne præbeas  
Ansam inuidis calumniandi aut improbis.  
Neue unius culpa audiant omnes male.  
Tibi impera ipse, ad resq; honestas excita  
Sensus iacentes, parte meliore utere  
Mentis, perennem ex litteris ut gloriam  
Olim reportes, ut q; compares opes,  
Quas nulla uis, & nullus eripit dies.  
Nam cuncta pereunt: sola perpetuo manent  
Pietatis atq; mentis excultæ bona.

CHRISTVS AD APO-  
STOLOS DE PVERIS.  
MARCI X.

GEORGII FABRICII.

**A**d me qui ueniunt non tristi auertite uultu,  
Amplexu pueros nec prohibete meo.  
Tales namq; Pater cœlestis curat, amátque,  
Nec cœli tenero est ianua clauſſa gregi.  
Quam qui non ueluti puer incorruptus adibit,  
In ſurdas pulſus concidet ante fôres.  
Sic ait, amplexuq; fouens sancta oscula figit,  
Impositâq; optat proſpera cuncta manu.

MATTH. XVIII.

**N**emo aliquem ex iſtis contemnat, mādo, puſillis.  
Nam pars eſt regni paruula turba mei.  
Quosq; dedi pueris cœleſti in ſede miniftriſ,.  
Quisq; ſuum cuſtos Angelus implet opus.  
Adſlat & ante mei faciem ſuper æthera Patris,  
Pro paruo remanens in ſtatione grege.

DE EDVCATIONE LI  
BERORVM ELEGIA ADAMI SL  
BERI EXPRESSA DE CAP. XXX.  
IESV SIRACH.

**M**ollibus ex animo natum qui diligit annis,  
In ſanctos mores erudiſſe ſtudet.  
Increpat

Increpat, hortatur, laudat, monet, urget, & instat,

Quæ facienda iubens, quæ fugienda uetans.

Vt simul atq; illi matura adoleuerit ætas:

Ipse ferat curæ præmia digna suæ:

Præmia, læticiam, qua non implere parentis

Mentem, animumq; pij, gravior ulla potest,

Quam si conficiat natum uirtutibus auctum,

Nomen honoratos inter habere uiros.

Teq; ideo liuor cruciari, gaudia mente

Sed læta iunctos sanguine ferre sibi.

Quam si conficiat, ueniet cum funeris hora:

In nato sese uiuere, & esse super.

Vt neq; non posset dubijs in rebus amicis

Extinctus quamuis, utilis esse suis:

Præsidiumq; illum sibi forte, suisq; relinquit,

Atris oppositum dentibus inuidie.

Lenis at indulget nato quicunq; puelli

Nec lachrymasq; pati, nec gemitusq; potest.

Verbera sed quamuis meritum defendit, & eheu

Cauſſa, inquit, fletus sim ferus ipſe meis?

Saxa gerit duro solidumq; in pectore ferrum,

Nomen & immerito dulce parentis habet:

Sustinet immuti puerum qui cædere uirga,

Tristiāq; ætati uerba loqui teneræ.

Stultus, qui miseræ sobolis corruptor, & osor,

Quo sese natum credit amare, nocet.

Vt duros nondum qui frenos ore momordit,

Rectorem indomitus ferre recusat equus:

Haud aliter quisquis puer indulgente parente,

In mores cœpit luxuriare malos:

Non dudit præcepta dein tractabilis ulla,  
Recta ferox odio uerba monentis habet.  
Omnia ceu furijs actus contraria legum  
Mandatis, posito facta pudore facit.  
Sic & in æternum uitiorum gurgite mersus  
Exitium, patrio crimine præcipitat.  
At tu cura tui uere quem tangit alumni,  
Dum pueri est ætas mollis & apta regi:  
Ne uero indulge, ne fortia frena remitte,  
Stulticie illius stultior ipse fauens.  
Infectus uicijs ne quando adoleuerit, & iam  
Quæ cupiet, credet cuncta licere sibi:  
Colla iugo eripiat, disruptaq; lora relinquent,  
Mœroris patri sit tibi cauſa suo.  
Ah quoties aliquis teneri corruptor alumni,  
Vidit ubi sobolis facta scelestæ suæ:  
Ah quoties gemuit, quoties suspiria ducens  
Fleuit, & heu seris ora rigauit aquis.  
» Blanda nocet teneræ menti indulgentia, iuncta  
» Verba pijs profunt imperiosa minis.  
Principijs obſta: sero conuellitur arbos  
Viribus immensum quæ stat adacta suis.  
Sed cape lora, ferōsq; animos crescentibus annis,  
Ipsius & multo uerbere terga doma.  
Ille fleat potius, fœdo quam puluere canos  
Deformes, miseros dilanięsq; genas.  
» Ocia dant uicijs auctus: quæ uitet ut ille,  
Da uacuo semper quod tueatur opus.  
Fac artes primo uitæ condiscat ab æuo,  
Communis quibus hæc uita carere nequit,

Vtilis ut patriæ sit, & officiosus amicis,  
Ac generis fiat gloria magna sui.

77

DE EXCELLENTIA  
DOCTRINÆ, DE QVE ERVDL  
TAE PIETATIS VSV, ELEGIA  
EIVSDEM, DE CAP.

XXXIX.

Dicitur scere rite potest diuina uolumina nemo,  
Cui diuerse animum cura, labóraqt trahunt.  
Et nisi qui liber non plura negocia tractat,  
Hec eadem nemo rite docere potest.  
Totum hominem leges, oraclaqt sancta requirunt,      ee  
Et uacuæ requiem mentis habere uolunt.      ee  
Quid doceat curuo terram qui uertit aratro,  
Et gaudet stimulis increpuisse boues?  
Mane cui studium tardas expellere uaccas,  
Et pastas stabulis claudere nocte suis.  
Qui nil quām rastros, stramen, mulctralia nouit,  
Nil nisi de tauris quodqt loquatur habet?  
Tigna, trabes, ualvas, tabulata, sedilia, mensas,  
Atque domos totas extruit arte faber.  
Circinus huic curæ est, & serra, dolabra, securis,  
Arma manu noctu tractat & ista die.  
Qui rigida exercet ualidis incudibus æra,  
De ferro tantum cogitat ille suo.  
Malleus huic circum multis sonat ictibus aures,  
Ante focum frangit duraqt membra labor.

G 5 Accipit

Accipit & reddit uentosis follibus duris,  
Flamma acri ferri duritiemq; domat.  
Non ueniente die, non discedente quiescens,  
Quod cœpit donec perficiatur opus.  
Sic calices, ollas, ut possit pocula, lances,  
De facili figulus composuisse luto:  
Argillam subigit, cribratam miscet arenam,  
Quæ calcans pedibus massa sit una facit:  
Tum se se inclinans toties, totiesq; reclinans,  
Partem aliquam creta sumit utraq; manu:  
Inde rotam impulsam pedibus contorquet in orbem,  
Nec mora, formatum fistile prodit opus:  
Incrustat uitro, uarios pigmenta colores  
Inducit, tandem durat in igne coquens.  
Tempora lucis eunt sic illi cuncta, labore  
Plurima & hoc illi tempora noctis eunt.  
Utq; fabri & figulus, sic qui uersatur in arte  
Tali, quæ lassat sordida cunq; manus:  
Arte sua fretus, nullos fugiendo labores,  
Robore membrorum quod facit, omne facit.  
Atq; equidem quæ sit felix & salua, carere  
Res opera artificum publica nulla potest.  
At nemo illorum legati munus obire,  
Nemo rudi populo reddere iura potest.  
Sacra prophetarum nemo cognoscere scripta,  
Ad cœlum nemo dicere qua sit iter.  
Hoc tantum doctas qui per caput extulit artes,  
Ingenio q; ualeat iudicio q; potest.  
Ille sacrosancti diuina oracula uerbi  
Sedulus authorum uoluit & omne genus.

Nocturna

Nocturna uersat dextra, uersatq; diurna  
 Quireferunt prisci temporis acta, libros.  
 Historias ueterum rebus præsentibus aptat,  
 Quid recte fieri posse, & inde legit.  
 Omnia digna uiro discit sapiente bonoq;  
 Quāmq; alij docto cultius ore loqui.  
 Posse ut officio, rebus præfectus agendis,  
 Præcipua fungi dexteritate, suo.  
 Et regnumq; tenens folio loca iuncta, ducūmq;  
 Confilio patriæ commoda multa ferat.  
 Oratorq; bonus longinquas missus ad oras,  
 Pro populo faciat uerba diserta suo.  
 Et sine diuino quia nil humana fauore  
 Efficere in studijs cura, labórq; potest:  
 Implorat uitæ largitoremq; salutis,  
 Eois quoties Phosphorus exit aquis.  
 Pro se, próq; suis uerba obsecrantia fundens,  
 Supplice det ueniam postulat ore sibi.  
 Nec facilis non est illi, quæ recta uidere  
 Iustaq; sunt, animo dat sapiente Deus.  
 Dat graue consilijs pectus, succeſtibus ornat,  
 Euentu careant ne bene cœpta bono.  
 Ille Deo gratus quidquid loquiturq; facitq;  
 Vnius ad laudem dirigit omne Dei.  
 Debita uirtuti nec defunt præmia, tandem  
 Iustaq; cum magna gloria laude uenit.  
 Ergo inter primos legitur proceresq; patresq;;  
 Conſpicuum signis & tenet altus ebur.  
 Aut regum accitum, doctrinam propter, in aulam,  
 Velat honoratum purpura clara uirum.

Non

Non ille imprudens unquam rem consulit ullam  
In medium, uerbo non p̄eente Dei.  
» In tenebris p̄efert clarissima lumina, uerbum  
» Non certis pedibus semita certa Dei.  
Intendunt aures omnes ad uerba loquentis,  
Consilium assensu quisq; probatq; suo.  
Illum mirantur solum, uenerantur, honorant,  
Laudibus ad cœlum uirq; puerq; ferunt.  
Quam grata illius doctrinam uoce minores  
Concelebrant, cupit & prodere quisq; suis?  
Quid moror? est uere doctus quicunq; piusq;,  
Fert quam mille altij commoda plura suis.  
Nec p̄esens illum solum mirabitur etas,  
Laus sed & æternæ posteritatis erit.

## ORATIO REGIS MANASSÆ.

**Q**Deus omnipotens cuius regit omnia dextra  
Quæ fecit, condens opus hoc spectabile mudi,  
Quo cœli absoluuit totum leuis ambitus orbem  
Includitq; intus flamمام, aëra, flumina, terram:  
Singula definita suæ regionis in ora,  
Et distincta locis, hic cunctis terminus hæret  
Præfixus sermone tuo. Cui sancta fidelis  
Religione Tharæ placuit soboles: Abrahamus  
Autor, & Isacius generis stirps altera, & ipse  
Bissenæ heroum fœcundus prole Iacobus,  
Cuius Iudeæ, Nili, plantaria gentis


Vnde,


Vnda, domū undecies prope lustra per octo rigauit.  
 Omnia, quæ rerum à te condita continet ordo,  
 Te metuunt, trepida ad uocem fremitumq; Tonantis  
 Numinis. In primis delicti conscientia iustæ  
 Corda mīnas horrent pœne. Sed ut illa malorum  
 Formido est ingens: Ita qui pietate fideq;  
 Promissæ æterno memores sermone salutis  
 Te Deus alme colunt & toto pectore adorant,  
 Hos tua perpetua mitis clementia seruat.  
 Nam simul & regni, Deus, est tua summa potestas,  
 Et q; immensa simul patientia. Te misereri,  
 Parcere tēque iuuat. Tu uisq; iubesq; reuerti  
 Ad te quos scelerum & fraudis malus abstulit error,  
 Et lapsis offens dextram. Hæc est cura relicta  
 Vulneribus mentis peccati criminis lœse,  
 Pœnitentia modo commissi. Non hic Abrahami  
 Corde, meo æqualis fuerat dolor. Illius ad te  
 Pectora uersa semel mansere immota, fidemq;  
 Nulla unquam impietas, dubitatio nulla fecellit.  
 Isacij quoq; sancta, binominis atq; Iacobi  
 Vita fuit, rectumq; iter officiosa secuta est.  
 At me tot peccata agitant, tot crimina uexant,  
 Quot pelagi feriunt commoti littora fluctus,  
 Aut fundo maris undosi uersantur arenæ.  
 Hæc dorsum incuruant pressi, ceu uincula captum  
 Ferrea, dehiscens refugit quoq; Spiritus oris:  
 Quod uiolata fides, quod ruptum fœdus, & à te  
 Versa mali iritat quod mens studiofa furorem,  
 Quod simulacra tuo statui sancto impia templo,  
 Atq; meo exemplo iucui compluribus. Et quæ

Summa est, deserui quod te Rex maxime Regum,  
Nostræ & ab antiquo Pater ô mitissime gentis.  
Quodq; meus multos furor & petulantia lesit.  
Et nunc flecto genu ante mei te cordis, adorans  
Clementemq; bonumq; Deū prece supplice, poscens  
Te peccatorum ueniam, miserere fatentis,  
Et fer opem ignoscens sceleri pœnasq; remittens,  
Ne peream proprijs delictorum obrutus ausis.  
Scilicet indignum sed me seruabis egentem  
Auxiliij immensa laus mansuetudinis hæc est  
Alme tuæ, Deus, & fassis peccata benignæ  
Perpetuo mentis, quam nunc quoq; mole grauatum  
Me scelerum sentire uelis. Tunc grata sonabit  
Lingua tuæ meritæ præconia debita laudis,  
Nec bonitatis opus, nec munera tanta silebit,  
Donec ab hoc uegetus procedet Spiritus ore.  
Te celebrat claro resplendens lumine cœlum,  
Ipse tuo mundi nutu qui uertitur orbis  
Officium tibi persoluit ueræ undiq; laudis.  
Nam Deus es solus, iustus, bonus atq; beatus,  
Expers principij & finis, quem summa potestas  
Est penes, & decorat non fluxa gloria fama  
Roboris inuicti, clemens, placabile, sanctum,  
Omnipotens omni uenerabile tempore Numen.

I. C. F.

FINIS.





80

# CATONIS

DISTICHA MORALIA,  
CVM SCHOLIIS AVCTIS  
ERASMI ROTERO-  
DAMI.

APOPHTHEGMATA GRAE-  
*cis sapientum, interprete Erasmo.*


E A D E M P E R A V S O N I V M ,  
*cum scholijs Erasmi.*

MIMI PVBLIANI CVM EIVS-  
*dem scholijs auctis recogniti.*

INSTITVTVM HOMINIS CHRI-  
*stiani carmine per eundem Erasmus*  
*Roterodamum.*

ISOCRATIS PARAENESIS AD  
*Demonicum, denuo cum Græcis collata*  
*per Erasmus Roterod.*

A mendis pluribus, quibus scatebant, vindica-  
cata.



LIPSIAE  
EXCVDEBANT HAEREDES  
NICOLAI FABRI.

ANNO

D. M. LV.

2 an 48/74/01366(6)

# ERASMVS

ROTERODAMVS, M. IOANNI

Nevio Hondiscotano, Lillianorum apud

Inclytum Louanium Gymnasio-

archæ S. D.

**D**ISTICHA MORALIA, VVLGO  
Catonis inscripta titulo, Nevi Theologerū  
cus, primū diligenter à mendis repurgauimus,  
collata Planudis interpretatione, tametsi Gra culus illi  
Romani carminis sententiam sē penumero non assepi-  
tur. Addidimus & scholia per brevia quidē illa, sed &  
quanto commodiora, ni fallor, ijs commentarijs, quib.  
duo quidā opusculum hoc contamimauerant, quorum  
alter insultissimè rhetoricitur, homo ipsa infantioru-  
fantia, alter ineptissimè philosophatur, uterq; audī-  
ποσε ἔτος loquitur. Porro cuius auctoris sit hoc opu-  
& utrum unius an plurium, non admodum referre pi-  
to Catonis ob id tantum arbitror dici, qnod sententia  
habeat Catone dignas. Adiecumq; his Mimos Publianos  
falso inscriptos Senecæ prouerbia. Atq; his quoq; eaf-  
gatis (offendimus enim depravatissimos) adscriptissimi  
breuissima scholia, reiectis ijs quæ per pérā erant ad-  
mixta ex aliorum librīs, tum appositis aliquot ex Anto-  
Gelij noctibus, & Senecæ controuersijs. Sed interim  
clamabit uititiigator aliquis, hui Theologum m̄ tā fi-  
uolis uersari nugis? Primū ego nihil fastidiēdum dico  
quantumuis humile, quod ad bonas pertineat literas,  
nendum


81

nedum hosce uersus tanta Romani sermonis mundicie,  
tamq; ad bonos mores conducibiles. Quanquā cur me  
pudeat in hoc genere pauculas horas collocare, in quo  
non pauci scriptores Græci nō medioeri cū laude sunt  
uersari? Nam extant & hodie Theognidis sententiae,  
Phœnycidis, & Pythagoræ præcepta, nō abs re aurea  
dicta. Deniq; si mihi indecorum esse uolunt, emend sse  
hæc tam humilia & explanasse, multò fœdius erit ea-  
dem & deprauata fuisse, & (quod ex ipsorum liquet  
commentarijs) ista tā puerilia nō intellecta fuisse ab ijs  
uiris, qui se nihil necire putar. Nā Publij Minos quis  
cōtemnat, quos Aulus Gellius lepidissimos, Seneca dia-  
sertissimos uocat, cuiusq; sententias ut id est tñatur) nō  
piguit summos etiā r̄tētores amulari. Addidimus et sè  
prē sapientū celebria dicta & hominis Christiani in-  
stitutum, quod nos carmine dilucido magis, quam elab-  
orato sū nūs interpretati, conscriptum ante a sermo-  
ne Britannico, à Ioāne Coleto, quo uiro nō aliū habet,  
mea quidem sententia, florentissimū Anglorū Imperiu-  
m el magis piū, uel qui Christū uerius sapiat. Hoc quic-  
quid est laboris, tibi nūcupandū duximus, mi Neui or-  
natissime, simul ut habeas, qd' tuis prælegi cures alum-  
nis, quos nulla neq; literarum neq; morū barbarie s̄nis  
infici, simul ut hoc qualecunq; monumentum non sit at  
nostram necessitudinem intermori. Non me clam est, q  
sit hoc plus, quam Leuidense munusculum, impar mag-  
nitudini tuæ, qui cum eruditione rara, tum moribus nō  
minus integris quam festiuis, & ornas ornatisimum  
Theologorū ordinē, et illustrissimā Louaniensiū scho-

Iam illustras. Verum eonfidebam fore, ut optimo viro  
libellum quantumuis pusillum ipsa commendaret uili-  
tas. Bene Vale. Louanijs. Anno 1514.  
Calend. Augusti.

# LIBELLVS

ELEGANTISSIMVS, QVI IN  
scribitur Cato, de præceptis uite communis,  
Erasmo Roterodamo castigatore  
& interprete.



Vm animaduerterem quam plu-  
rimos homines grauior errant  
in uia morum, succurrendū &  
consulendum eorum opinioni  
re existimauit, maxime ut glori-  
se uiuerent, & honorem con-  
tingerent. Nunc te fili charissi-  
me doeebo, quopacto mores animi tui componas. Ig-  
tur præcepta mea ita legas, ut intelligas. Legere enim  
& non intelligere, negligere est.

Itaque Deo supplica. Parentes ama.  
Prima pietas est in Deum. Proxima in parentes.  
Cognatos cole.

Tertia in reliquos cognatos. Supplicamus Deo sa-  
crificijs Amamus parētes, dum obseruamus & obsequi-  
mur. Colimus cognatos officijs & consuetudine uite.

Magis

LIBER PRIMVS.

82

Magistrum metue.

Olim dabatur ingenuis pueris paedagogus, quē uere  
rentur, hunc magistrum uocant. Et animaduerie uer-  
borum proprietatem. Deo supplicandum est. Paren-  
tes amandi. Cognati colendi. Magister metuendus,  
quippe seruus preuenq; iuxta ueterem consuetudinem.

Datum serua.

Quod tu ex ereditum est fidei id serua uelut depositum.

Foro te para.

Id est, his artibus te exerceas, ut possis in foro uer=  
sari, hoc est, in causis agendis. Nam hic erat olim pri= m  
mus gradus ad honores summos. Legi in quibusdā ue= t  
tustissimis codicibus, foro para.) id est, accommoda te  
rebus præsentibus, quemadmodum dicimus, uti foro.  
Cum hoc interpretamento consentit Græcus Planu= d  
des, neq; dubium est, quin hæc sit germana lectio.

Cum bonis ambula.

Cum optimis habeto consuetudinem. Nam primum  
talem te iudicabunt, cum quibus confixerint te consue= t  
tudinem agere, deinde honorū connectu redderis melior.  
Ad consilium ne accesseris antequam voceris.

Ne ingeras teipsum alienis negocijs, sed accessitus  
accedas.

Mundus esto.

Id est, neq; sordidus, neq; luxuriosus, sed eleganti  
mundicie.

Saluta libenter.

Conciliat enim ea comitas & affabilitas, multorum

A 3      benea

C A T O N I S

benevolentiam, & alit partam.

Maiori cede.

Id est, noli certare cum potentioribus.

Minori parce.

Id est, noli saeire in eos qui sunt inferiores, sed illi  
concede nonnihil.

Rem tuam custodi.

Ne profundas temerè facultates tuas, ne uel turpi-  
ter egeas, uel turpis rem pares.

Verecundiam terua.

Id est, seruare incontaminatum ac purum ab inqui-  
namentis libidinum. Castum enim uerecundū dicunt.  
Est autem ætatis flos his periculis obnoxius.

Diligentiam adhibe.

Cura in omni re plurimum ualeat. Negligentia sem-  
per comitem habet infelicitatem.

Libros lege.

Nam ex his cito discitur, quod longo usu uite ni-  
assequi queas.

Quos legeri memento.

Nam quidam onerant se lectione, alia super alias  
gerentes, neq; quiequam insculpunt memorie.

Familiam cura.

Domestica negotia tibi curanda sunt, non aliena.

Blandus esto.

Id est, comis in congressu.

Irasci ab re noli.

Non sis morosus. Nam omnino non commoueri.

83

## LIBER PRIMVS.

**piti**s est potius quā in hominīs.

Neminem irriseris.

Est enim argumentum arrogantis stultitiae.

Vel miterum ne irriteris.

Sic enim quidam codices habent, hoc est, animi uitia  
rideri merentur, calamitas misericordiam meretur po-  
tius quam nasum.

Mutuum dato. Cui des videto.

Est quidem aliquando danda, pecunia mutuo, sed nō  
quibuslibet, sed reddituris bona fide, & dignis officio.  
Deniq; aliquibus non graueris & dono dare.

Iudicio adesto.

Adest aduocati, & id erat olim officium præcipu-  
um in amico, adesse in iudicijs.

Coniuicare raro.

Sæpius uocare ad coniuicium, exbaurit substancialē,  
sæpius ire ad coniuicium, sordidū est. At rarius utrūq; fa-  
cere, humanitatis est.

Quod satis est dormi

Hoc est nō ad uoluptatem, sed necessitatē naturæ.

Ius iurandum terua.

Non est temerē iurandum, quod autem iurari, pre-  
standum est, nisi scelus sit quodd iuraris.

Vino te tempera.

Esto moderatus in uino, uel abstine in uino. Nam  
adolescenti dare uinum, est oleum igni addere.

Pugna pro patria

Pugnandum est non pro quauis re, sed pro defensio-

C A T O N I S

ne patriæ. Nam Carum more, mercede pugnare tur-  
piſſimum eſt, & plus quam gladiatorium.

Nil temerē credideris.

Id eſt, ne facilis ſis ad credendum quæuis, que di-  
dicuntur.

Tu te conſule.

A te ipſo pete conſilium, qui te, tuāq; optimē noſſi.

Aur, tuto conſule.

Id eſt, caue à conſilijs periculosis, tutu conſilia ſe-  
quere. Nam duplex eſt leſtio.

Meretricem fuge. Literas diſce.

Aetas enim prima ſtudio literarum optimē coere-  
tur à ſcortis.

Nil mentiri debes.

Turpe in puerō ingenuo omne mendacium.

Bonis benefacito.

Beneficia non ſunt conſerenda, niſi in bonos, alio-  
qui pereunt.

Maledicus ne eſto.

Id eſt, à uitijſ tempora; neq; carpas uitam alicuium.

Existimatiōnem retine.

Bonam famam tuere, ne perdas, perit enim facile,  
at non facile ſarcitur.

Aequum iudica.

Id eſt, non ad lucrum aut gratiam, ſed ad regulam  
equitatis.

Parentes patientia vince.

Ferendi ſunt parentes, etiam iniquiores.

Benefici

84

## LIBER PRIMUS

Beneficij accepti memor esto.

Nā dati pulchrū est obliuisci, accepti meminisse deceat.

Ad prætorium statu. Consultus esto.

Multa enim discuntur in agendis causis, id est, cal-  
leas scientiā & morem iuris, ut possis amicis opitulari.

Vtere virtute.

Non iuribus neq; dolo.

Iracundiam tempera.

Ante monuit non esse irascendum sine causa. Nunc  
admonet, iustum iram moderandam esse.

Trocho lude. Aleas fuge.

Trochus cōuenit pueris. Alea infamis erat & apud  
gentiles. Nunc principum Christianorum lusus est,  
imò quorundam etiam sacerdotum delitiae.

Nihil ex arbitrio virium feceris.

Tyrannicum enim est, respicere quantum possis, nō  
quantum liceat.

Minorem te ne contempseris.

Ne fastidias inferiorē te, quod est elati, non cordati.

Aliena concupiscere noli.

Esto contentus tuis.

Coniugem amia.

Vt omnium fortunarum sociam.

Liberos erudi.

Filios castiga & institue.

Patere legem, quam ipse tuleris.

Quam conditionem præscribis alijs, eadem utere  
ipse in alios.

## C A T O N I S

Pauca in conuiuio loquere.

Vt sit alijs etiam loquendi locus.

Illud stude quod iustum est.

Quod turpe factu est, id ne adfectes.

Amorem libenter fert.

Odium omnibus modis fugiendum est. Amor amplius  
etendus, etiam si quis parum dignus est qui redamet, tamen amari te patere.

## F I N I S.

Disticha dicta Catonis.

**S**i Deus est animus nobis ut carmina dicimus.  
Hic tibi præcipue sit pura mente colendus  
Vulgus existimabat Deum placari uictimis pecudiis  
rebusque corporeis. Verum cum Deus ipse sit animus  
hoc est meus, non corpus. Et consentaneum est simile ga-  
dere simili, nimisrum autem potissimum colendus est puritas  
mentis. Quin et bodie vulgus Christianorum corporis  
reis quibusdam cæremonijs colit Deum, cum gratissimus ca-  
rus sit animi pietas. Tales enim adoratores querunt pa-  
ter, qui in spiritu adorent, cum ipse sit spiritus. Nulla  
gratior pietas diuis, quam si uitam illorum imiteris, hoc  
est tollerantia consuetudinem, castimoniam. Atqui haec  
animi sunt. Animus est Deus, sicut quantum potes, a cor-  
pore te abducas, et ad illum quantum potes, accedas  
et gratissimum immolaris sacrificium. Pura mente  
Nam vulgus lotis manib[us] ac pedibus ad sacerum accedit,  
tu mentem purga, huius fortes Deum offendunt.

85

## LIBER PRIMVS.

qui uidet ea q̄ sunt in animo, non in corpore. Si Deus  
ſi, hic nō dubitantis est, ſed ratioematis. Ut carmina.)  
Nam Virg. in ſexto, Deum, ſpiritum & mentē uocat.  
Præcipue ut intelligas non dāmnari cultū corporalē,  
ſed hunc tamen, nempe animi, eſſe Deo gratissimum.  
Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto,  
Nam diurna quies, viuis alimenta minifrat.

Sensus eſt, cum uita uigilia ſit, iuxta Plinium cauen-  
dum eſt, ne maximam uitæ partem ſomno perdamus,  
præſertim cum ē ſomnolentia uitia multa naſcantur,  
& corporis & animi.

Virtutē primam eſſe puta cōpescere linguam,  
Proximus illi Deo, qui ſcit ratione tacere.

Prima, id eſt, ſumma maximaq; uirtus eſt, moderati-  
ri linguam, ne quid temerē loquaris. Deus enim qui ſa-  
pientissimus eſt, raro loquitur, & non niſi necessaria,  
cum nihil nō uideat, nihil non intelligat. Ita proximus  
eſt Deo, qui ſapienter & animi iudicio nouit tacere.  
Spernē repugnando tibi tu contrarius eſſe,  
Conueniet nulli qui ſecum ditsidet ipſe.

Qui ſecum ipſe pugnat, nec ſibi conſtat, hic cum  
alijs conuenire nō potest, hoc eſt, qui moribus eſt in ea-  
qualibus, nec ullo certae uitæ iuſtituto, h̄i non eſt aptus  
ad aliorum conſuetudinem.

Si vita in iuſpiciat hominum, ſi deniq; mores,  
Cum culpent alios, nemo ſine crimine viuit.

Mortales aliorū notat uitia, ſua nemo uidet, cū nul-  
lus uitijſ careat, ſi quis ppius uitā ac mores exequiat.

Quæ

## C A T O N I S

Quæ nocitura tenes, quāuis sint chara relinque  
Vtilitas opibus p̄eponi tempore debet.

Aliquoties expedit in loco res charissimas abiere,  
si periculum adferant, ueluti gemmas & aurum, quo  
uita sit in tuto, aut uoluptates, qua ualetudini consula  
mus. Non enim uoluptas spectari debet, sed utilitas.  
Constans & lenis ut res expostulat, esto,  
Temporib⁹ mores sapiens sine crimine mutat.

Pro tempore licet alios atq; alios mores sumere, ut  
modo grauis sis, modo lenis, hoc est, placidus ac remis-  
sus, pro re, proq; loco. Vide num legendū sit leuis pro  
lenis, quod magis respondet ad constans, ut sit sensu,  
aliquando persistendum in sententia, aliquando mutan-  
dum consilium pro tempore.

Porro uersus constabit, si legas. Constans & leuis, ut  
res cunq; expostulat, esto. Neq; dubitem affirmare hac  
germanam esse lectionem. Tametsi Planudes priorem  
sequitur sententiā, quippe qui uerterit in hunc modum  
Εὐεργίης ἔτοι μὴ τραύματα τὰ πράξει ματέ δεπαύται  
Id est, Seuerus esto ac placidus, pro ut res postulant.  
Nil temere vxori de seruis crede querenti,  
Sæpe etenim mulier quem cōiunx diligit, odit.

Nihil uxoribus fermē tam peculiare est, nisi ut ma-  
ritos instigent in seruos, Vnde monet, ne temere fidem  
habeant huiusmodi querelis.

Cumq; mones aliquē, nec se velit ipse moneri,  
Si tibi sit charus, noli desistere cōceptis.

Non fatis est leniter admonere peccantem amicum,  
urgen-

86

## LIBER PRIMVS.

urgendum est, insistendū ut uel improbitate uineas, si  
quid erit, quod ad famam illius, aut salutem pertineat.  
Contra verbosos noli contendere verbis,  
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

Si cum cordatis agas, non est opus multis uerbis. Si  
cum stulto, fruſtra contendis, propterea quod stultitia  
uerbosiflma sit.

Dilige ſic alios, vt ſis tibi charus amicus,  
Sic bon⁹ eſto bon⁹ ne te mala damna leuant⁹.

Sic amicis utere, ut ipſe tibi ſis proximus. Sic alijs  
benefac, ne tibi ipſi noceas. In priore uerſu, eſt uenu-  
ſta redditio ſimilium, in dilige ⁊ amicus. In ſecundo  
contrariorum, bonis ⁊ mala.

Rumores fuge, ne incipias nouus autor habeti  
Nam nulli tacuisse nocet, nocet eſſe locutum.

Ne quid in uulgas ſparſeris, propterea quod ru-  
mor ſæpenumero in eius caput recidit à quo profectus  
eſt, ſi rumor nihil habet periculi, tamen nihil nocet ſi  
luiſſe, ſi quid habet, nocet locutum eſſe.

Rem tibi promiſſam certo promittere noli,  
Rara fides, ideo, quia multi multa loquuntur.

Noli certo promittere cuiquam alieni promiſſi-  
ducia. Quod in te ſitum eſt, præſtare potes, alienam fi-  
dem præſtare non potes. Et uulgas hominum ad polli-  
cendum facilimum, præſtando ſæpe fallit.

Cum quis te laudet, iudex tuus eſſe memento,  
Plus alijs de te, quam tu tibi credere noli.

Noli teipſum aſtimare aliorum laudatione, ſed tua  
ipſius

## C A T O N I S

ipſius conſcientia. Te ipsum interrogā qualis ſis & si  
animus tibi responderit, te longē alium eſſe, quam hic  
aut ille te facit, magis credere debes tibi ipſi, cui notior  
es, quam alijs.

Officium altiorius multis narrare memento,  
Atq; alijs cum tu beneficeris ipſe, ſilero.

Beneficij accepti meminisse oportet, obliuisci dati.  
Qui dat beneficium, eius est diſsimulare ſe dediffe, ne  
commemorando uideatur approbare Eius qui accep-  
tū paſsim prædicare, ne uideatur ingrat⁹ et immemor.  
Multorum cum facta ſenex & dicta recenſes,  
Fac tibi ſuccurrant, iuuenis quæ feceris ipſe.

Senes qui multa uiderunt & audierunt, multorum  
dicta factaq; ſolent reſerve. Sed curandū eſt, ut ita noſ  
geramus in inuentute, ut in ſenectute ſuccurrat nobis,  
non ſolum quid alij recte dixerint ac fecerint, uerum  
etiam quid noſ ipſi.

Ne cures ſi quis tacito ſermone loquatur,  
Conſcius ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici.

Cum uideris quosdā inter ſe ſecreto colloqui, ne ſu-  
tim uifpiceris eos male de te loqui. Nam id ſignum ei⁹  
hominiſ male ſibi conſciij.

Cum fueris felix, quæ ſunt aduersa cāueto,  
Non eodem cursu respondent ultima primis,

In rebus ſecundis, ne quid accidat aduersi cāuendo  
eſt. Solet enim fortuna ſepiuſ uerti in aduersum, & la-  
tis mitijs addere triftē exitū. Ergo cum res ſecunda  
ſunt maximæ, tum maximè meditandū eſt, quo pa-  
aduer-

LIBER PRIMVS.

87

aduersari fortunam feras. Ne si inexpectata uenerit,  
& improuisum te oppresserit calamitas, succumbas.  
Cum dubia & fragilis sit nobis vita tributa,  
In mortem alterius spem tu tibi ponere noli.

Legendum est hoc hæredipidis, & qui testamentis  
inhabit. Fit enim sæpen numero, ut qui mortem alterius  
expectabat, prior ipse moriatur, etiam si iunior, aut  
robustior fuerit. Nam ipsa hominis uita fragilis & in=  
certa res est, & quo quis casu abrumpitur.  
Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,  
Accipito placide, plenè & laudare memento.

Munera sunt æstimanda non suo precio, sed animo  
donantis. Ita legimus summos principes aquam eaudem  
manu haustam, & malum oblatum, summa cum alacritate  
perinde ut maximum munus accepisse. Accipito  
placide) alaci uultu, ut ostendas tibi gratum esse. Et  
plene) id est, non maligne, sed candidè, ut præteferas  
pro exiguo munere te multum debere.

Infantem nudum cum te natura creatit,  
Pauperratis onus patienter ferre memento.

Cum nos natura nudos produxerit, satis intelligere possumus diuitias alienas esse, neq; secundum hominis naturam. Si membrum perdis, est fortasse quod doles, aliquid tui decepit, sin opes auferuntur, aut non contingunt, noli ualde cruciari. Si quidem in his que uerè sunt hominis, nihil plus habent reges, quam tu pauper. Vis scire quid uerè tuum sit? Cogita quid ha=bueris cum nascereris.

Ne

C A T O N I S

Ne timeas illam, quæ vitæ est vltima finis,  
Qui mortē metuit, quod viuit perdit idipium,

Qui mortem timet, non solum non effugit mortem,  
sed insuper hoc ipsum uitæ quod datur perdit. Nā an-  
xie uiuere non est uiuere.

Si tibi pro meritis nemo respondet amicus,  
Incusare Deum noli, sed te ipse coerce.

Nihil est acerbius, quam amicus ingratus. Quod u-  
men si acciderit, non est imputandum Deo, tanquā il-  
lius acciderit culpa. Quin potius te ipsum coerce, ne  
denuo benefacias ingratis. Quidam enim si benefacim-  
tibus fortuna nō respondet, superos incusant, dicente  
eos non habere rationem recte factorum, cum eius ac-  
ciderit culpa, qui sine delectu contulit beneficium.  
Ne tibi quid desit, quæsitis vtere parce,  
Vtq; quod est serues, semper tibi deesse putato

Vtere parce, id est modice, non profuse. Quæsitis  
id est, partis. Et ut serues, quod habes, semper imagi-  
nare tibi deesse, ut semper aliquid addas. Sera autem  
(ut inquit Hesiodus) in fundo parsimonia est.  
Quod præstare potes, ne bis promiseris ulli,  
Ne sis ventosus, dum vis urbanus haberi.

Quod nō possis efficere, ne semel quidē est promis-  
tendū, ne temere facias. Porro quod præstare possit, i-  
terū atq; iterū pmittere, iactatice est, non humanitatē.  
Molesta est uerbosa pmissio, molestior exprobratio.  
Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus.  
Tu quoq; fac simile, sic ars deluditur arte.

Ergo

88

## LIBER PRIMVS.

Erga eum qui fuso utitur, tu item cōtra utere fuso  
Et iuxta proverbum, Cretiza contra Cretensem. Sa-  
tius est retinere simulatum amicū, quām reddere aper-  
tum inimicū, id enim fiet, si ostenderis te sentire fucum.  
Noli homines blādos nimiū sermone probare,  
Fistula dulce canit, volucrē dū decipit auceps.

Semper suspecta sit tibi blandiloquentia. Nec asti-  
mes hominem ex bonis dictis, sed ex benefactis. Insidia  
tur tibi quisquis admodū blandus est. Memento sic ea  
pi & illici aues, uidelicet imitatione uocis. Et assen-  
tione maxima pars hominum capitur, dum adulator  
se ad omnes affectus attemperat.  
Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos  
Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

Artem, ut habet proverbum, non solum quæcul ter-  
ra, sed quæcul etiam alit fortuna, unde certissimum via-  
ticum ars est, quæ, quocunq; terrarum uenias, defen-  
dit ab egestate. At nunc uulgas liberos suos diuitum  
aut principum ministerijs dedicat, ubi duo simul man-  
xima discunt mala, luxum & ocium. Porro quo i hie  
præcepit pauperibus esse faciendum, id ego suaserim  
diuitibus quoq; ut liberos suos iubeant artem aliquam  
discere, unde geminum commodum consequantur.  
Primum, prima illa ætas artificio occupata, longè  
paucioribus inficitur uitijs. Deinde si fortuna ab-  
stulerit opes, non erit cur uel mendicent, uel ad fordina-  
das aut fœdas artes adigantur, puta turpe ministeria  
um aut militiam.

B

Quod

## C A T O N I S

Quod vile est charum, qd charū est vile putato,  
Sic tibi nec parcus, nec auarus habeberis vlli.

Quod vulgus magnificat, tu cōtemne, quod vulgus  
negligit, tu magnificito. Ita si et, ut nec tibi sit parcer  
Audebis enim uti, quæ non magnificas. Neq; cuiquam  
vulgaris auarus, cum non expetas audiē, neq; seruatis  
attentē, quæ cupiūt illi. Vulgus plurimi facit diuitias  
minimi facit probitatem & eruditionem. Tu inueni  
estimationem. Res autem cuiq; tales sunt, qualis est tu  
his opinio. Vulgus lautam rem putat pauonem an  
rboram. Tu contra uilem rem putato, & putas  
rem lautissimam, ouum gallinæ recens, lactucam, pul  
lum gallinaceum. Ita nec tibi uideberis sordidus, cu  
habes lanta tuo iudicio, nec aliorum expectes lanti  
tias, quæ tibi uiles sunt.

Quæ culpare soles, ea tu ne feceris ipse,  
Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum  
Turpe est cōmittere te, quod doces alios non esse co  
mittendum. Vita turpis abrogat autoritatem docentium  
Quod iustū est petito, vel qd videatur honestū  
Nam stultū est petere, quod possit iure negari

Quod in honestū est, à nemine petendum est Nullus  
enim debet cuiquam in re turpi morem gerere. Aut  
quod iniustum est, id est, quod non debetur, iure ne  
gari potest. Ergo non à quoq; petas, sed ab eo, cui  
officium est præstare quod petis, neq; quiduis, sed q  
cum honestate coniunctū est. Nam id petitur aliqui  
do & ab his, qui non debent.

Ign

Ignotum tibi nolito præponere notis,  
Cogita iudicio constans, incognita casu.

Ne facile commutes nota cum ignotis, puta amicū,  
uel rem, uel uice genus. Notis enim cōmodius uteris, de  
quibus iudicare potes, quæ si bona sunt, rectius uteris.  
Si mala, facilius tolerabis. Quandoquidē iuxta Plau-  
tum. Nota mala, mala nō sunt, ignota uero cuiusmodi  
futura sint, incertum est. Fit aut̄ s̄ penumero, ut quæ  
in expetendo p̄itaris prima, in experiendo repudies.  
Cum dubia incertis ueretur vita periclis,  
Pro lucro tibi pone diem quicunq; laboras.

Planudes Græcus legit in certis, ut sint due dictio-  
nes. Sic enim uertit.

το βίβλον της φανσοὶς ἐπὶ τῆμασιν οὐτότι  
ως μοχθῶρ πρός κέρδος, κέρδος δὲ πρόγνειγά.

Cum igitur uitia p̄ se incerta ueretur in periculis  
incertis, unumquemq; uitæ diem in lucro deputa, unus  
quisq; enim dies poterat esse ultimus, & incertum erat  
an tibi cōtingeret. Ergo in tot uitæ periculis, quicunq;  
dies non eripitur, is in luero est imputandus. Quicunq;  
laboras, id est, quicunq; solitus es, & angeris huius uitæ  
malis. Tametsi, ut dixi, non ignoror Planudem secus  
exposuisse, sed non est sententia illum per omnia sequi.  
Nam mihi magis probatur, ut legamus incertis, unica  
dictione, ad hunc modum. Cum uita dubia ueretur, id  
est, iactetur. Incertis periculis, id est, casibus. Nā peri-  
cula hoc minus à nobis uitari possunt, qđ incerta sunt.  
Vitasti naufragium, nō uitasti ruinam, uitasti bellum,

## C A T O N I S

incidis in latrones, uitasti pestem, morderis à tuperi  
Mille periculis obnoxia est hominis uita, atq; his qui  
dem incertis, & ob id ineuitabilibus.

Vincere cum polsis, interdum cede sodali,  
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.

Nihil hoc disticho elegantius fingi potuit. Obsequi  
dandum aliquoties amicis & de tuo iure concedendi  
siquidem ea facilitas & morigeratio retinet amicos  
amicitia. Contra, quidā dum obstinate rixantur de  
na caprina, malunt amicitia rescindere, quam illa  
re obsequi animo amici.

Ne dubites cū magna petas, impendere paru.  
His etenim rebus coniungit gratia charos.

Amicitia constat officijs mutuis, & iuxta prouel  
um, Manus manum fricat. Gratiam hic uocat Deus  
benevolentie.

Litem inferre caue, cū q̄ tibi gratia iuncta est.  
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

Cauendum est, ne per iracundiam lis incidat en  
amico, propterea quod ex iurgio resident in animo  
uestigia quedam, quae benevolentiam uertunt aliquoties  
in odium. Et non optimē coire solet semel recisi  
concordia. Ergo morositas omnis & afferitas ab  
abesse ab amicitia.

Seruorū ob culpam, cū te dolor vrget in iram.  
Ipse tibi moderare, tuis ut parcere polsis.

Ne punias seruum aut discipulum, quamdiu senser  
te ira commotum. Pessimus enim autor rerum gecend

90

## LIBER PRIMVS.

rum ira, sed prius temperes animo tuo, ut sedata ira  
eundia, uel ignoscas uel mitius punias. Ita Philosophus  
quidam. Punirem te, inquit serue, ni iratus essem. Et  
Plato sublato in seruum baculo, rogitatus quid ageret.  
Ego, inquit, castigo hunc intemperantem, seipsum sa-  
gnificans ira concitum.

Quæ superare potes, interdum vince ferendo,  
Maxima enim morum semper patiētia virtus.

Maximi animi est cum possis vincere, pati tamē ut  
vincaris, & negligere aduersarium. Hac uirtute inter  
mortales non alia præstantior.

Conserua potius, quæ iam sunt parta labore,  
Cū labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Facilius ac tutius est seruare, quod tuo labore que-  
stum est, quam sarcire quod profusione diminueris ac  
detraxeris. Cum enim laboratur integrare, facile de-  
fenditur inopia. Verum cum laboratur in damno sars-  
ciendo, increscit & obruit nos egestas.

Dapsilis interdum notis, charis, & amicis,  
Cum fueris felix, semper tibi proximus esto.

Cum tu felix, hoc est, lauta fortuna. Fueris inter-  
dum dapsilis. Id est, liberalis, notis, charis & amicis.  
Notis, ut viciniis, Charis, quos diligis, Amicis ut cog-  
natis. Semper tibi proximus esto. Interdum in illos sis  
beneficus, in te ipsum semper. Et ita amicis sis amicus,  
ut tibi ipsi sis amicissimus.

## LIBER SECUNDVS.

B 3

Telluris

C A T O N I S



Elluris si forte velis cognoscere cultus,  
 Virgiliū legitō quod si mīge nosse laboras,  
 Herbarum vites, Macer tibi  
 carmine dicet.  
 Si Romana cupis & Punica  
 noscere bellia,

Lucanum queras, qui Martis prælia dicet.  
 Si quid amare liber, vel dicere amare legēdo,  
 Nasōnem perito, sin autem cura tibi hæc est,  
 Ut sapiens viuas audi quo discere possis.  
 Per quæ semotum vitijs traducitur æuum.  
 Ergo ades, & quæ sit sapientia, disce legendo,  
 Hoc est, ex alijs Poëtis alia licebit cognoscere. Virgilius in libris Georgicōn docet agriculturam. Macer tradit uires herbarum, quanquā alius quispiā fuit huī  
 Macer, quām is quem habemus uulgo. Ni fallor Lucanus narrat Romanorum ciuilia bella, ubi legendum abitror ciuica pro punica. Nihil enim de Punicis bellis  
 scripsisse legitur Lucanus. Ouidius tradit artem amandi, Et in elegijs docet amores. Quod si cupis artē & nitionem recte beatęq; uiuendi cognoscere, hunc librum legitō. Is te non uulgares artes, & nugas docebit, sed  
 quo pacto ritum exigas semotam, id est, liberam' et immunem à uitijs.  
 Si potes ignotis etiam prodeesse memento,  
 Vtilius regno, meritis acquirere amicos.

LIBER SECUNDVS.

91

Non solum in amicos oportet esse beneficium, uerum  
ignoti quoq; conciliandi sunt ac deuincendi beneficen-  
tia, si modo possis prodesse. Utius enim est, quam plu-  
rimos amicos parare. Meritis. Id est benefactis, quan-  
tum parare regnum. Regnum enim eripi potest, amici su-  
currunt electo, & firmiores sunt, quos beneficio ad-  
iunxeris, quam quos potestate premas.

Mitte arcana Dei, cœlumq; inquirere quid sit,  
Cum sis mortal is, quæ sunt mortalia cura.

Iuxta socratis sententiam. Quæ supra nos nihil ad  
nos, admonet, ut amissō studio naturalis Philosophie,  
ea curemus, quæ ad uitam humanam pertinent, hoc  
est, ad mores componendos, & animum malis purgan-  
dum affectibus.

Linque metū Lethi, nā stultū ē tēpore in omni,  
Dum mortem metuis, amittis gaudia vitæ.

Eandem sententiam legis in priori libro. Pro amit-  
tis arbitror legendum amittere. Qui mortis metu sem-  
per anxius uiuit, stulti facit. Primum enim nō uitat id  
quod timet, dein de si quid habet hæc uita iucunditatis,  
eam suo uitio perdit.

Iratus de re incerta contendere noli,  
Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Pyrrhus admonere solitus est tyrones, ne irascen-  
tur, at multo magis oportet cauere iracundiam eos  
qui disputant. Melius enim iudicat qui uacat ira, cons-  
tra, ira obstat animi iudicio.

Fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa,

## C A T O N I S

Dandum etenim est aliquid, cum tempus postulat aut res.

E quidem opinor prompte legendum, pro propero, sumptū, qui necessario faciendus est, libenter & prompte facito, ne uidearis grauatum facere. Nam aliquis omnino insumendum est, non paſſim, sed quoties tempus aut causa postulat, hoc est, in nuptijs, in festis, item in amicos. Planudes longe aliū ſenſum expreſſit Graecus καὶ θαπένοις χωμείζωσι μὲν τὰ γράγματα, δι-

ποτε,

πρὸς δὲ τὰ γράγματα καὶ δομὴ κατανάλισκε δεῖν τως.

Sentit enim amplos etiam sumptus faciēdos, ubi non postulat. Ceterū ad res gerendas non temerè insumendum tempus, quod huius sumptus sit preciosissimus. Quod nimis ē fugito, paruo gaudere memeto, Tuta magis est puppis, modico q̄ flumine feri.

Humilis fortuna tutior est, q̄ excelsa, ut nauis tutior q̄ in paruo est flumine, q̄ que in pelagi fluctibus natat. Quod pudeat socios prudens cœlare memeto, Ne plures culpent id, quod tibi displicet uni.

Ne indicaueris amicis, aut ne committas testibus alijs, cuius te facti pudeat, ne plures reprehendat, si scierit id quod uni tibi displicet, si solus tibi conscientius fueris, hoc est, si quid peccas, peccesq; absq; arbitris. Nec hanc sententiam intellexit Graecus Planudes. Sie enim uertit. πᾶν δὲ φίλοις σοις διχός πρὸς σει, τέλος μάλα καύει μέμψην τουτού ταλέσοι σε μάνυον ἀνίση.

Id est

LIBER SECUNDVS.

92

Id est, quod amicis tuis probrum sit allatum, ual  
de occulta, ne in hoc reprehendant plurimi, quod te so  
lum cruciat.

Non putes paruos homines peccata lucrari,  
Temporibus peccata latent, & tempore patent.

Ne putes nocentes lucrari. hoc est, impune auferre  
sua peccata, Latent quidem, sed ad tempus, postea pa  
tent, id est, manifestantur. Tempus enim & calat &  
aperit omnia.

Corporis exigui vires contemnere noli,  
Consilio pollet, cui vim natura negavit.

Noli contemnere inimicum, licet sit pusillo corpore.  
Nam sepe quod corporis uiribus detractū est, natura  
addit ingenij uiribus. Quanquam hæc sententia latius  
patet, nempe hominem non estimandum proceritate  
roboreq; corporis, sed animo potius.

Quem scieris non esse parenti tibi, tempore cede,  
Victorem à victo superari sepe videmus.

Si senseris tibi rem esse cum potentiore, cede ad tem  
pus, & sine penes illum esse uictoram. Nam incidit  
se numero oportunitas, ut mutatis uiribus rerum,  
uincat, qui uictus fuerat, & superior sit, qui fuerat in  
ferior. Conuenit cum illo. Vir fugiens & denuo pu  
gnabit. Quidam stulta pertinacia statim aut uincere  
uolunt, aut pessundari.

Aduersus notum noli contendere verbis,  
Lis minimis verbis interdum maxima crescit.

Eandem sententiam & ante legisti. Cum familiariter

B 5 bus

C A T O N I S

bus rixandum non est, quod summa discordia soleat  
nasci ex uerbis leuisimis.

Quid Deus intendat, noli perquirere sorte,  
Quid statuat de te, sine te deliberat ipse.

Nec hanc sententiam recte uertit Planudes, uerbi  
enim ad hunc modum.

Κλίδοσι μηχνε, τί βόλετη εἰς σε δέ θέορ,  
Ο πήγανώσιε στάποι ο σέο νόσοι πελέοι.

Quanquam pro κλίδοσι suspicio legendum κλίδοι.  
Et tamen aliud est perficere, aliud deliberare, aut sta-  
tuere. Verus autem sensus hic est. Nec sacriligei ac ma-  
lis artibus inquiras, quid de te futurum sit. Quandoquā  
dem id Deus sciri non uult. Neque enim te in consilium  
adhibet, cum aliquid decernit de te, quod si te uellet  
scire, nimis accerseret te in consilium.

Inuidiam nimio cultu vitare memento,  
Quae si nō laedit, tamē hanc sufferre molestū est.

Et hanc sententiam non recte uertit Planudes. Si  
enim reddidit.

Εασκανίου φιλακῆ τάσσῃ τὰ μάλισα φυλάσσε,  
ἵπιο μη βλάπτησε φέρει γέ μὲν θερέα.

Planudes enim nimio cultu uertit maximo studio.  
Porro germanus sensus sic habet. Nec nimio splendor  
strepitur, uitæ conflaueris tibi hominū odium. Qui tu  
metisti non possint te laedere, tamen molestum est uiueri  
obnoxium odio multorum. At per se iucundum est om-  
nibus esse charum, etiam si nihil utilitatis inde capias.  
Esto animo forti, cum sis damnatus inique,

Nemo

LIBER SECUNDVS.

93

Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.

Ne abiicias animum, si aduersarius uicit te præter ius. Nec enim diu exultabit, sed quod pergeram pronunciauit iudex, id Deus reiudicabit.

Litis præteritæ noli maledicta referre,  
Post inimicitias iram meminisse malorum est.

Post redditū in gratiā, nō oportet litis anteacte con uitia refricare, sed obliuisci superiorū iniuriarū. Finis enim simultate debet et irarū esse finis. Secus autem facere malorū est. Græci uocat μυρτινακῆσος uerbo uidelicet infami, præteriorum malorum memoriam. Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse, Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Te ipsum nec uituperes, nec laudes, utrumq; enim uideatur affectantis inanem gloriam. Nam & qui se uituperat, ob id facere uidetur, ut refellatur ab alijs, & diversa audiat.

Vtere quæsitis modicè, cum sumptus abundat, Labitur exiguo, quod partū est tempore lōgo.

Sera in fundo parsimonia. Dum adhuc multum superest, incipe parcus uti, citius enim effluunt partes, quam colliguntur.

Inspiens esto cum tempus postulat aut res, Stultitiam simulare loco, prudētia summa est.

Aliquando deponendū est superciliū, & remittenda severitas, at in cōuiuijs, in lusu, deponenda persona sapientis, sumenda persona stulti, præserium inter stultos, ac ita stultum agas, ut nō stultus sis, summa enim prudens

## C A T O N I S

prudentia est, seruire tempori. Loco id est, cū est oportunum. Ita Terentius, in loco uero laudo.

Luxuriem fugito, simul & vitare memento,  
Crimen avaritiae, nam sunt contraria famae.

Pugnant inter se luxus & avaritia. Nam alterū est profusi, alterū sordidi, utrūq; uitiū iuxta fugiendū est utpote quod fœdam pariat famā. Siquidem qui nimis parcī sunt, audient rurum ne sis, id est, cumimi sectores, & oīna uigilie, id est, ficos diuide, similiq;. Quid luxu sua profundūt, nepotes & lureones appellantur. Noli tu quedam referenti credere semper,  
Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur.

Non statim habenda fides his, qui semper aliquid noui rumoris adferunt, deq; aliorū factis nunciantur quid. Parum euim credendum ijs, qui multa loquuntur, propterea qd' huic uitio uanitas soleat esse adiuncta. Quod potu peccas ignoscere tu tibi noli,  
Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibētis.

Vulgus ita solet excusare sua peccata, uimum in causa fuit, bene potus hoc dixi. Verum tibip̄l imputa, non uino quo tu uito noxiū fuit, non suo.

Consilium arcānum tacito committe sodali,  
Corporis auxilium medico committe fideli.

In rebus arcānis & tacendis, caue ne quemuis consulas, sed eum duntaxat, cuius fidem in tacēdo perspectā habeas, ne non solum non opituletur, sed lēdat etiā & infamet. Neq; enim corporis uitia cuius aperit, sed medico nota fidei, qui calet & succurrat.

successus

LIBER SECUNDVS.

94.

Successus indignos noli tu ferre molestē,  
Indulget fortuna malis, ut lēdere possit.

In hoc uersu multi laborant. Quidam s̄ elidunt in  
successus, uerū ut si tollas, TV dictionem, planè hic su-  
peruacuam, nihil superest serupuli. Ne te cruciet pro  
speritas, quæ nonnunquā contigit indignis. Non enim  
illis fauet fortuna, sed insidiatur, & illicit, ut postea  
grauius lēdat.

Prospice qui veniunt, hos casus esse ferendos,  
Nam lēuius lēdit, quicquid præuideris ante.

Quicquid accidere potest homini, id antequā acci-  
dat, tecum meditare, ut ne subitum sit, si acciderit. Mi-  
nus enim cruciant mala, quæ nō accidunt in opimanti.  
Rebus in aduersis animum submittere noli,  
Spē retine, spes vna hominē nec morte relinqr.

Cum fortuna s̄exit, susi me te ipsum animi fortitudi-  
ne, ac serua rebus secundis, nec abiicias spem quæ sola  
nec morientem relinquit. Quamdiu enim anima est,  
Spes est. Et in pyxide Pandoræ sola spes in labro ha-  
bit. Item Ouidius:

Viuere spē uidi, qui moriturus erat.

Rem tibi quam noscis aptam, dimittere noli,  
Fronte capillata posthæc occasio calua.

Quoties fortuna offert cōmoditatē aliquā, quæ  
tibi sit apta, statim arripe. Nam occasio frontē habet  
capillatam, ut ea parte teneri possit, uerum si semel se-  
uerit, ab occipitio calua est, ut tū apprehēdi nequeat,  
hoc est, oportunitas cum contingit teneri potest, non  
redit

## C A T O N I S

redit autem cum uoles, si neglexeris. Hic admonendū illud quod Græci fingunt de Deo cæco, de quo nos copiose in proverbijs.

Quod sequit̄ specta, qd̄q; imminent ante videto,  
Illum imitare Deū, qui partem spectat utrāq;

Ex præteritis futura collige. Ex præteritis benē sc̄  
tusue gestis consiliū cape, quo pacto futuris occurra.  
Exemplo Iani Dei Romani, quem bifrontem fingebat  
antiquitas, quod oporteat prudentem virū regōsōn  
ōniōsō, id est, à fronte & à tergo, ut inquit Homerū  
habere oculos. Illud aut̄ sequitur nos quod præteriſ.  
Fortior ut valeas, interdum parcior esto,  
Pauca voluptati debentur, plura saluti.

Vitæ rationem moderare magis ex salutis ac boni  
ualeitudinis ratione quam uoluptatis. Nō enim in ma-  
bo tantum oportet ab intemperantia cauere, uerum  
etiam cum recte ualeamus, partius utendum est rebus  
omnibus, nempe somno, potu, cibo, Venere, lusu, ne  
morbū incidiāmus. Etsi nonnihil dandum est uolup-  
ti, multo plus tamen saluti, qua perdita, pereunt simi-  
& uoluptates omnes.

Iudicium populi nunquam contempseris unus.  
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.

Nunquam optima placent multitudini, tñ sapienti  
est, nō pugnare solū aduersus uniuersos. Nam frustri  
sapit qui solus sapit, cum omnibus despere uideatur.  
Sit tibi præcipue, qd̄ ptimum est, cura salutis,  
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.

Anne

## LIBER TERTIVS.

95

Ante omnia bona ualeitudinis rationem habe, ne fit  
tua intemperantia in morbum incideris, postea podo-  
re reijctas culpam in coeli insalubritatem, aut loci, siue  
ti uiugus solet. Nam pleriq; morbi nobis accidunt ex  
intemperantia uitæ.

Somnia ne cures, nā mēs humana quod optat,  
Cum vigiliat, sperans p̄ somnū cernit idipsum.

Quidam anxiæ obseruant sua somnia, & ex his de  
futuris estimant. Cum somnia dormientium nascan-  
tur ex affectibus uigilantium, neq; significant quid sit  
eventurum, sed quod aliquando cogitaueris, dormien-  
ti representent.

## LIBER TERTIVS.



O C quicunq; velis carmen  
cognoscere lector,  
Hęc pręcepta feres, quę sunt  
gratiissima vitæ.  
Instrue pręceptis animum,  
nec discere cesses,  
Nam sine doctrina vita est  
quasi mortis imago.

Cōmoda multa feres, sin autem spreueris illud,  
Non me scriptorem, sed te neglexeris ipse.

Hoc est procemij loco. Absq; ratione bene uiuendi,  
uita non est uitā, sed simulachrum mortis. Hoc carmen  
utilissimi; uitæ pręcepta trādit, si studeas cognoscere,  
sin spreueris, teipsum contempseris, non scriptorem.  
Siqui-

## C A T O N I S

Siquidem tua res agitur, non illius.

Cum recte viuas, ne cures verba malorum,  
Arbitrij nostri non est, quid quisq; loquatur.

Si male de te loquuntur mali, cū tu nihil facias mihi, esto contentus conscientia recte factorum. Nam te situm est, ut bene agas. Non est in te situm, quomodo de te loquatur hic aut ille.

Productus testis, saluo tamen ante pudore,  
Quantumcunq; potes cælato crimen amici.

Si ceteris testis in crimine amici, cælabis pro virili maleficium illius, ita tamen, ut ipse non laedas famam tuam, & tantum silentij dabit amicitie, quantum patetur & fama tua, & testimonij religio.

Sermones blandos, blesosq; vitare memento,  
Simplicitas veri sana est, fraus ficta loquendi.

Veritatis simplex est oratio, insidiosa est blandilloquentia. Proinde suspecta semp esse debet prudētibus. Segniciem fugito, quæ vite ignavia fertur,  
Nā cū animus languet, cōsumit inertia corpus.

Ignavia & ociosa uita fugienda est Nā torpor anni, corpori quoq; situm & languorem addueit. Animi exercitatio corporis quoq; ualeitudini confert. Interpone tuis interdum gaudia curis,  
Ut possis animo qnemuis sufficer laborem.

Animus serijs negocijs fatigatus, aliquādo relaxatus est honestis ac moderatis uoluptatibus, ut reimitis gratis viribus ad ferendos labores sufficiat. Nam, q; caret alterna requie, durable non est.

Alterius

## LIBER TERTIVS.

Alterius dictū aut factum, ne carperis vñquā,  
Exemplo simili, ne te derideat alter.

Quod in alios feceris, hoc in te fiet ab alijs, si liben-  
ter reprehendas aliorum dicta factaue, tuo exemplo  
et alij in te utentur.

Quæ tibi sors dederit tabulis suprema nota, Augendo terua, ne sis quem fama loquatur.

Quod tibi obuenit ex testamento tuorum, id serua,  
ne sis uulgo fabula. Quæ sors suprema) i. hereditas  
dederit tibi, notato, id est, inscribito, tabulis testamen-  
tarijs. Vel notata) id est, scripta tabulis. Ea augendo  
serua, id est, ita serua ut augeas etiā. Vulgus .n. multæ  
dicere solet in veorπλαστρα, i. nouas nactas diuitias.

Cum tibi diuitiæ superant in fine senectæ,  
Munificus facito viuas, non parcus amicis.

Est uitium hoc senibus peculiare, ut quo propius ac  
cedant ad mortem, hoc sint cōtractiores. Superant, id  
est, supersunt & abudant. In fine senectæ, id est, in ex-  
trema senectute, quam decrepitam uocant. Tum igitur  
dones, sed amici qui te foueant obsequijs.

Vtile consilium dominus ne despice terui,  
Nullius sensum si prodest, templeris vñquam.

Propter autoris humilitatem non est contemnda  
salubris sententia. Nec spectandum est quis dicat, sed  
quid dicatur.

Rebus, & in censu, si non est, quod fuit ante,  
Fac viuas contentus eò, qd tempora præbent.

Diminuta fortuna tua, nō est utendū eodē splendore  
C quo

## C A T O N I S

quo prius, sed contentus eris eo genere uite, quod pressens fortuna tibi præbet. Et quod adest, boni consules, uxorem fuge, ne ducas iub nomine dotis, Nec retinere velis, si cœperit esse molesta.

Fuge id est, caue, ne dues iuxorem dotis causa. Si duxeris dotatam, ne dotti respectu eam retineas, tibi grauis sit, sed contempta dote repudies. Quanquam id apud Christianos non habet locum. Multorum disce exemplo, quæ facta sequaris, Quæ fugias, vita est nobis aliena magistra.

Qui discunt suis periculis id expediat, magna mente discunt, sapiens enim ex aliorum uita sumit uiuendi consilium. Hoc illi infamiam conflavit, cauebonum quid simile faciam, hoc illi bene cessit, imitabor.

Quod potes, id tentes, opis ne pondere presius, Succumbat labor, & frustra tentata relinquas.

Prius expende uires tuas, quam aggrediare negotium, ne postea uictus difficultate, turpiter relinqua, quod temere suscepisti.

Quod nosti haud recte factum, nolito tacere, Ne videare malos imitari velle tacendo.

Noli dissimulare, si quid uideris non recte fieri, uideris enim probare cum files. Silentium enim aliquando consensus esse uidetur.

Iudicis auxilium sub iniqua lege rogato, Ipsæ etiam leges cupiunt, ut iure regantur.

Si premeris iniqua lege, hoc est, dura et inhumana, confugias ad iudicis aequitatem. Non enim hoc est cor-

## LIBER TERTIVS.

97

tra leges, sed ex mente legū, ut ad æquitatem redigantur & temperentur. Iniqua lex est, cū summo iure contenditur, ueluti si pauper in uincula coniiciatur, quod nō alat patrem, cū lex dicat. Liberi parētes alant, aut uinciantur. Aliquando lex durior est, ut terreat, in his iudex, hoc est, prætor, aut princeps potest succurrere, Quod merito pateris, patiēter ferre memento, Cumq; reus tibi sis, ipsum te iudice damna.

Incommodū q; tua culpa tibi accidit, nō imputabis alijs quam tibi, & eū tibi sis conscius, damna teipsum, tuiq; iudex esto, & ea te pœna dignum existimato. Multa legas facito, perleatis perlege multa, Nam miranda canunt, sed nō credenda poëtæ.

Multa quidem legas, sed cum iudicio. Nec enim omnia uera sunt, quæ legis apud Poëtas. Fortassis pro per lege, legendum est perline, hoc est, dele & corrige, etiam Planudes uertit μετέργχεω.

Inter conuiuas fac sis sermone modestus,  
Ne dicare loquax, dum vis vrbanus haberi.

In foro locus est eloquentie, in cubiculo silentij, in conuiujs alternis ac moderatis sermonibus uti conuenit, ijsq; uenustis & amoenis: Quidam dum urbanitatē adfectant, loquacitate molesti sunt reliquis conuiuinis, quibus non relinquent loquendi spaciū.

Coniugis iratæ noli tu verba timere,  
Nā lachrymæ struit insidias, dū fœmina plorat.

Vxores lachrymas habent in promptu, bis expugnant uiros, Admonet igitur, ne qd cōmoueamur huīus

C 2 modi

## C A T O N I S

modi lachrymis. Figūt .n. eas sā penumero, quo viros  
suos fallant, ueluti cū simulant se cōmoueri zælotypis  
ut suū adulteriū dissimulēt, aut iratas se fingūt ei, qui  
effictim amant. Pro noli tu, legendū arbitror nolito.  
Vtere quæsitis, sed ne videaris abuti,  
Qui iua consumunt, cū deest, aliena sequuntur.

Vtere quæ parasti, non abutere, ne profusis bonis  
tuis, cogaris uel imprudēter rogare aliena, uel seruili-  
ter ex alieno uiuere, uel periculose furari aliena.  
Fac tibi proponas mortē non esse timendam,  
Quæ bona si non est, finis tamē illa malorū est.

Mors uel ob hoc timenda non est, quod finis est om-  
nium huius uitæ malorum.

Vxoris linguam, si frugi est, ferre memento,  
Nāq̄ malū est, nil velle pati, nec posse racere.

In amicis leuiuscula quædam uitia ferenda sunt, si  
alioqui probi fuerint, uelut in uxore, si paulo sit lo-  
quacior, aut lingue procastoris, ferendum est, si alios  
qui pudica est & frugi, hoc est, suo fungens officio.  
Maximè quod lingue morbus ei sexui peculiaris est.  
Malus est is, qui nihil mitij ferre potest in alijs, præ-  
tim cū res facilis sit tacere. Sic enim uxor desinet obga-  
nire, si nihil respōdeas, quæ admodū solitus est Socrates.  
Dilige non ægra charos pietate parentes,  
Nec matrē offendas, dū vis bonus esse parenti.

Pietas, amor & cultus est erga parentes, patriam,  
Deum, & si quis loco parentum est. Quidam uelutile-  
gibus coacti colunt parentes, non ex animo. Dilige pa-  
rentes

## LIBER QVARTVS.

rentes charos, pietate non ægra, id est, non coacta neq;  
grauatim, sed prompte & alacriter. Et si quid incide  
rit diſſidij inter parentes, ita alteri obsequaris, ut alte  
rum non offendas, sed pietas tua cäreat omni molestia.

## LIBER QVARTVS.



Ecuram quicunq; cupis tra  
ducere vitam,  
Nec vitijs hærere animum,  
quæ moribus obsunt.  
Hæc præcepta tibi semper  
relegenda memento.  
Inuenies aliquid, in quo te  
vtare magistro

Et hoc proœmium est quarti libri. Si uts esse liber  
ab omnibus vitijs, & nullius tibi mali conscius uiuere,  
hæc semper habeas præ manibus, in quibus inuenies, in  
quo te ipso magistro possis uti, hoc est, ut ipse reges ac  
modereris uitam tuam, adiutus his præceptis.  
Despice diuitias si vis animo esse beatus,  
Quas qui iuspiciunt, mendicant semper auari.

Non iubet abijcere diuitias, sed nō magnificere. Ete  
nim qui has sufficiunt, hoc est, mirantur ac magnifici  
unt, dum non audent uti quæ possidet, & semper ali d  
accumulant, semper mendicant, hoc est, egeni sunt.  
Commoda naturæ, nullo tibi tempore deerunt  
Si contentus eo fueris, quod postulat vlus.

Si metiaris sumptus usu, hoc est, necessitate, non am  
bitione

## C A T O N I S

bitione, neq; voluptate, nunquam tibi deerunt commo-  
ditates naturæ, quæ paucis contenta est, cum cupidita-  
tes immensum desiderent.

Cum sis incautus, nec te ratione gubernes,  
Noli fortunam, quæ non est, dicere cæcam.

Si res male tibi succedunt, tu apte negligentia, ne  
conferas culpam in fortunam, ut illam cæcam appell-  
les, cum ipse magis parum proffexeris. Potest accipi  
bisfariam quæ non est) id est, quæ nulla est. Fingunt  
enim mortales hanc Deam, cum nulla sit. Aut quæ nō  
est subaudi cæca.

Dilige denarium, sed parce dilige formam,  
Quā nemo sancti nec honestus captat habere.

Amare pecuniam ad usum, prudentis est, amare ut  
forma pascit oculos, auari ac dementis. Denarium uo-  
lunt omnes, formam soli mali captant.

Cum fueris locuples, corpus curare memento,  
Aeger diues habet nūmos, sed nō habet ipsum

Cum agitur de corpore tua letuine, ne tum parcas  
dixitijs tuis. Etenim qui morbo non succurrit, ne minu-  
at pecuniam, is habet quidem nummos, at seipsum non  
habet, cum malè ualeat. Mauult nummos esse saluos,  
quām seipsum, & illis frui, quām seipso.

Verbera cum tuleris disces aliquādo magistri,  
Fer patris imperium cum verbis exit in iram.

Vapulasti puer à præceptore, cum disceres literas,  
multo magis ferre conuenit, cum pater te uerbis obiur-  
gat. Tulisti literas toris tyrannidē multo séniorē, fe-

99

## LIBER QVARTVS.

ras & patris imperium, qui etiam cum irascitur, tamē  
a uerberibus temperat.

Res age quae pro sunt, rursus vitare memento,  
In quibus error inest, nec spes est certa laboris.

De quibus dubites, ea ne feceris. Age illa ex quibus  
certa speratur utilitas. Rursus in quibus falli posses, et in  
certū est, p[ro]futura ne sint an nocitura, ab ijs abstineas.  
Quod donare potes, gratis concede roganti,  
Nam recte fecisse bonis in parte lucrorum est.

Dona libenter, si quid potes, nam luerum est, non  
damnum quod contuleris in bonos. Et beneficium dan  
do accipit, qui digno dedit. Redit enim cum foenore,  
quod prob[us] uiro beneficeris.

Quod tibi suspectū est, confessim discute qd sit,  
Namq[ue] solent primo quae sunt neglecta nocere.

Quae suspicionem habet mali, ea noli negligere, sed  
statim examina et exquirere cuiusmodi sint. Nam initij  
facile medeberis, si quid mali sit, at neglecta crescent,  
ac maximē lādunt postea. Veluti si sufficaberis amicū  
alieniore esse in te animo, noli negligere, quid sibi uelit  
sed excute, unde hoc natum sit, & si quid est, statim  
occurre nascenti malo.

Cum te derineat Veneris damnoſa voluptas,  
Indulgere gulæ noli, quae ventris amica est.

Cave ne duplices morbum tuum, unus enim uteunq[ue]  
fertur, duo simul ferri nō possunt. Amare dānoſa res,  
damnoſa gula. Quod si pariter utroq[ue] laboras malo, si  
perest ut mox ad ægestatem redigaris. Gulā uocat stu

## C A T O N I S

dium exquisitorum ciborum, eamq; dicit uentrī amicū  
quod per eam uenter saginatur, res et fama decrescit.  
Cum tibi proponas animalia cuncta timere,  
Vnū hominē tibi prēcipio plus esse timendum.

Cum tua sponte putas omnes seras esset imēdas, mo-  
præcepto unū animal maxime timebis, nē pe homini.  
Nā nulla belua magis homini nocet, q̄ homo homini.  
Cum tibi præualidæ fuerint in corpore vires,  
Fac sapias, sic tu poteris vir fortis haberi.

Si natura dedit vires corporis, non statim vir forth-  
eris, nisi adiunxeris ingenij uim, hoc est, sapientiā, qua  
corporis robore recte utaris.

Auxilium à notis perito, si forte laboras,  
Nec quisquam melior medicus, q̄ fidus amicus:

Corporis morbos apis medico. Animi morbos apen-  
fideli amico. Ille pharmacia sanat, hic uerbis. Aliter q̄  
quid morbi acciderit, magis amicū accerse, q̄ medicū.  
Cū sis ipse nocens, moritur cur victima prote:  
Stultitia est morte alterius sperare salutem.

Veteres credebat expiari seelus cōmissum mactata  
pecude, quæ nihil commiserat. Et pro alieno peccato  
innocens dabat penas, cum is qui peccauit, potius ma-  
ctari debuerit, quām uictima. Stulte autem sperabant  
alienam mortem sibi saluti fore, cum sua quisq; mala  
de suo dependeat, oportet.

Cum tibi vel socium, vel fidum queris amicū,  
Non tibi fortuna est hominis, sed vita petēda.

Amicus quem uelis adiungere, non est cōstīmandus ē  
censu,

## LIBER QVARTVS.

100

censu, sed ex moribus. Idem oportet fieri in uxoribus.

Vt eae quæ sitis opibus, fuge nomen auari,

Quid tibi diuitiæ prosunt, si pauper abundas?

Frustra parasitæ diuitias, si partis uti non aedes, &  
inter magnas opes uiuis inops. Nihil enim refert habere,  
si quæ habes, nihil plus tibi prosunt, quam ea, quæ  
non habes.

Si fainam seruare cupis, dum viuis honestam,  
Fac fugias animo, quæ sunt mala gaudia vitæ.

Si cupis honestam tueri famam, noli amare uolup-  
tates in honestas, nempe gulæ, libidinis, & similium.

Cum sapias animo, noli irridere senectam,  
Nam quicunq; senex, sensus puerilis in illo est.

Cum per ætatem uigeat, ingenium tuum, & animi uis,  
noli deridere senectutem, quæ minus animo ualeat. Debet  
piscit enim omnis senex, & ad puerilē stultitiam redit.  
Ætatis igitur uitium ferendum, non irridendum est.  
Disce aliquid, nam cum subito fortuna recedit,  
Ars remanet, vitaq; hominis nō deserit vñq;.

Opes sæpen numero subito fortuna eripit homini, ue-  
luti incendio, furto, bello, naufragio, uerum ars eripi  
non potest. Hæc itaq; certissima possessio est, quæ sem-  
per & ubiq; te posse alere.

Perspicite cuncta tacitus, qd quisq; loquatur,  
Sermo hominū mores, & cœlat, & indicat idem.

Nulla res magis arguit & aperit uitam & ingenium  
hominis, quam illius oratio. Hoe est certissimum animi  
speculum. Igitur si uis hominem cuiusmodi sit cognoscere

C 5 scere

## C A T O N I S

Scere, perpende tecum, qualis sit illius oratio. Sceruo in dicat mores hominis, si loquatur ex animo, et calat idem, si uel taceas, uel dissimulanter loquaris.

Exerce studium, quamuis perceperis artem,  
Et cura ingenium, sic & manus adiuuat vsum.

Vi evanescut discipline, nisi exercitatione confirmes,  
sic artificium opere confirmandum erit, ne excidat.

Multum ne cures ventura tempora fati,

Non timet is mortem, qui scit contemnere vitam.

Si uis liber esse a metu mortis, disce uitam non mag nificare. Et quemadmodum eleganter docet Aristoteles, nullius rei iucunda finitio est, nisi quam aliquo modo contempseris.

Disce sed a doctis, indoctos ipse doceto,  
Propaganda etenim rerum doctrina bonar.

Disce non a quouis, sed ab his q possunt docere. Rur sum qd ab alijs didiceris, id alijs imperti. Vtillu enim reru scientia no est premenda, sed per manus tradeda. Hoc bibe quod possis, si tu vis viuere sanus, Morbi causa mali e homini quodcumq voluptas.

Ne biberis supra vires, breuis enim illa uiuendi voluptas, saepenumero conciliat homini molestum & diurnum morbum.

Laudaris quodcumq palam qdcumq probatis,  
Hoc vide, ne rursus leuitatis crimine damnes.

Leuis & inconstans uideris, si qd aliquando coram multis laudaris, idem postea damnes. Quod si mutasti sententiam, fac sileas. Fortasse pro uide, legendum est,

fugi

LIBER QVARTVS.

101

fuge. Crimine) id est, suspitione & cum uituperio.

Tranquillis rebus quæ sunt aduersa caueto,  
Rursus in aduersis melius sperate memento.

Ne securus sis cum fortuna trāquila est, sed tempore  
statem cane. Rursum cum fortuna sicut, animum susti-  
ne spe melioris fortunæ, quæ successura sit. In secundis  
rebus timenda sunt aduersa, ne sis supinus. In aduersis  
speranda sunt lātiora, ne deficias animo.

Discere ne cesses, cura sapientia crescit,  
Rara datur longo prudentia temporis vnu.

Iuxta Solonis sententiam. Oportet senescere semper  
aliquid addiscentes. Nam rara hoc est, singularis, &  
eximia prudentia, contingit longo usu, id est, diutina  
experientia ætatis. Quanquam mihi magis probatur  
hic ut sit sensus. Semper disce, studio crescit sapientia.  
Nam pauci sunt qui prudentes evadunt experientia re-  
rum, uel quia paucis cōtingit diu uoluere, uel quia com-  
plures stulticiam non exuunt hac via. Certissima ac  
breuiissima ad sapientiam via est doctrina.

Parce laudato, nam quem tu saepe probaris,  
Vna dies, qualis fuerit, monstrabit, amicus.

Ne laudes amicum effusius, cuius non feceris pericu-  
lū, siquidem ille se pius abs re laudatus, uno aliquo die  
declarabit alium fuisse se, quam tu prædicaueris.  
Ne pudeat, quæ nescieris, te velle doceri,  
Scire aliqd laus est, pudor est nil discere velle.

Quidam stulto quodam pudor malunt semper ne-  
scire, quam semel discere, cum scire pulchrum sit, &  
pudens

## C A T O N I S

pudendum nihil uelle discere. Ergo honestum uelle.  
Cū Venere & Bacho lis est, & inncta voluptas,  
Quod lautū est animo cōplettere, sed fugē lites.

Excerpe quod inest boni, fuge quod adiunctum ē  
mali. Exhilarat potatio, discutit curas, utere hac com  
moditate, sed rursus ebrietas incitat ad iurgia, hoc eu  
ue. Item Venus delectat, sed habet sua iurgia. Ama igi  
tur absq; disfidys.

Demissos animo ac tacitos uitare memento,  
Qua flumē placidū est, forsitan latet altius vnda

Tristes ac tacitos uita, uidetur enim aliquid magni  
mali moliri, quemadmodum cauendum est flumen u  
parte, qua tranquillum est. Nā illud profundissimum  
esse solet. Ita Cæsar magis metuebat Brutum & Cra  
sum, pallidos & tacitos, quam Antonium ebrium.  
Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,  
Alterius specta, quo sis discrimine peior.

Quoties tēdet te tuae fortis, confer eam cum aliis  
rum fortuna, & uidebis te nibilo peiorem, hoc est, in  
feliciorem multis.

Quod potes id tenta, nam littus capere remis,  
Tutius est multo, quam velum tendere in altu.

Aggregere tutā magis, quam magna. Tutius enim  
nauigare iuxta littus, & remis uti, quam pāsis uela  
periclitari in fluctibus. Nec enim omnibus fauent uen  
ti fortune.

Contra hominē iustū, prauē contendere noli,  
Semper enīt Deus iniustas vlciscitur iras.

LIBER QVARTVS.

103

Noli prauè, hoc est, malitiosè, & data opera, ac  
peruerse, contendere cum homine iusto. Nam Deus nū  
quam hoc relinquit multum.

Ereptis opibus noli gaudere mōrēndo,  
Sed gaude potius, tibi si contingat habere.

Si diuitiae contingunt gaudē, si erexitae fuerint, nolē  
te cruciare, sed tunc utere philosophia Neq; enim tan  
tum boni habent, ut sit admodum dolendū si perierint,  
neq; rursum tantum mali, ut non sint libenter accipi  
enda, si forte contigerint.

Est iactura grauis, quæ sunt amittere damnis,  
Sunt quædam quæ ferre decet patienter amicū.

Si uerbulo lēdat amicus, ferendum est. At damnis  
verum nemo potest æquo animo ferre. In his igitur cā  
uendum, ne ledamus amicum.

Tempora louga tibi noli promittere vitæ,  
Quocunq; ingredēris sequitur mors, corporis  
vmbra.

Nemo potest sibi longæ uitatē promittere, cū mors  
hominem quocunq; eat nō aliter insecuratur, quam una  
bra corpus. Fortasse legendum, corpus ut umbra.

Thure Deum placa, vitulū sine crescat aratro,  
Ne credas placare Deum, dum cæde litatur.

Non gaudet Deus morte pecudum, ergo thure litan  
dum est illi, hoc est, re innoxia & minimi sumptus. Ac  
bodie pleriq; Christianorū, licet apud hos sublatus fit  
mos immolandi pecudes, tamen Deū ac diuos sibi tan  
cum deuimctos esse putant, si eis gemmas, aurum, ar  
gentum,

## C A T O N I S

gentum, de serica suspēderint uel ostentanda tantum,  
uel in luxum paucorum uertenda, immemores, ha-  
semper à sanctis fuisse contempta, & si forte oblige-  
rint, in egentium usus fuisse effusa.

Cede locum l̄æsus fortunæ, cede potenti,  
Cedere qui potuit, prodesse aliquando valebit.

Qui rem habet cum proceribus, quoniam prodesse  
possunt in multis, necesse est, ut aliquando muſiteri  
iurias, id est, tacitus ferat. Lædunt enim aliquando po-  
tentest, & tyrannidem exercent. Hic igitur prudens  
illis debet credere, ut postea per illos suis prodesse pos-  
sit. Nam si resistens reddiderit eos hostes, nec sibi, ne  
suis prodesse poterit.

Cum quid peccaris, castiga teipse subinde,  
Vulnera dū sanas, dolor est medicina doloris.

Vbi senseris te alicubi peccasse, statim penas sumi  
te teipso, & noli tibi ignoscere. Te ipsum obiurga, in  
vixisti laboris aliquid indicito. Nā ut sanandis vulnera-  
bus, dolor dolore sanatur, siquidē ne doleat uulnus, in  
fundis acria, quæ mordet. Sic ista reprehensio tame-  
amara est, tamen medetur uitio animi.

Damnaris nunq̄ post longū tempus amicum,  
Mutauit mores, sed pignora primo memento.

Si is, cū quo tibi fuit diutina consuetudo, forte muta-  
tis morib. alius esse coepit, hoc debes tribuere ueteri  
cessitudini, ne uituperes eū, etiā si nō est dign⁹ q̄ ametur.  
Gratior officijs quo sis mage charior esto,  
Ne nomen subreas, quod dicitur officiperda.

LIBER QVARTVS.

103

ut sis charus omnibus. Esto gratus officijs. Id est,  
beneficijs & benemeritis. Inuisum enim apud omnes  
est nomine officiperde. Sie enim uocant eum, in quo col-  
locatum officium perditur. Nibil enim tam perit, atq;  
id quod confertur in ingratum.

Suspectus, caueas ne sis miser omnibus horis,  
Nam timidis & suspectis aptissima mors est.

Qui sibi fingit piculū, is nunq; nō miser uiuit. Nibil  
igitur huic aptius, q; mors, quemadmodū nō potest iu-  
cundē uiuere. Suspectus hic accipit actiū p suspicio. p  
Cum fueris seruos proprios mercatus in viis,  
Et famulos dicas, homines tamē esse memēto.

Sic utere seruis tuis, licet empicijs, ut memineris ho-  
mines esse non pecudes. Quod empti sunt, fortunae fu-  
erit, quod homines sunt, in hoc tibi sunt pares.

Quam primū rapienda tibi est occasio prima,  
Ne cursus quereras, quæ iam neglexeris ante.

Occasio quam ante dixit frontem habere capillatā  
statim est arripienda, ne si se subduxerit, frustrā quæ-  
ras postea quæ prius contempseras.

Morte repentina noli gaudere malorum,  
Felices obeunt, quorum sine crimine vita est.

Si mali subito moriantur, dolendū magis est q; gau-  
dendū. Gaudēdū potius in morte honorū, quoru mors  
felix est, ul sic ut uertit Planudes, tametsi malus autort  
Si uideris malos subito tolli, noli gaudere. Contigit idē  
bonis uiris & innocentibus, ut intelligas hoc casu acci-  
dere, non uindicta numinis, versus ipsius adscribam.

MH

## C A T O N I S

Μη των χειρες κακωρ δεντοτοις ειλθυα παποιει  
δημητριον οντοτοις ειλθυα παποιει  
Hæc indicavit, nō ut insecter Planud. sed ut nobis Gre-  
ci uicissim ignoscat, sicubi labimur in pegrini linguis.  
Cum coniuncti tibi sit, nec res, & fama laboreat,  
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Si pauper habueris uxorem, quæ laboreat fama, hu-  
est, de qua homines male loquuntur. Ducas id est, exi-  
stimes, nomen amici uitandū esse, utpote inimicū fami-  
tue, uideberis enim prostituere uxorem hoc prætextu  
& hoc nomine diuites pauperum uxores captant.  
Cum tibi contingat studio cognoscere multa,  
Fac discas multa, vites nescire doceri.

Quo plura didiceris, hoc plura stude cognoscen-  
ne uidearis indocilis ullius rei.

Miraris verbis nudis me scribere versus,  
Hos breuitas sensus fecit coniungere binos.

Sententia nudis uerbis explicanda est. Melius enim  
meminimus quæ brevia sunt. Idecirco nudis uerbis sin-  
gula præcepta, singulis distichis complecti uoluit, ut  
apertior esset & breuior.

FINIS Erasmo castigatore & interprete.

DICTA SAPIENTVM E GRAECIS  
ut habebantur à nescio quo Græculo uterque  
collecta. Erasmo interprete.

PERIANDRI CORINTHII.

Omnis

DICTA SAPIENTVM.

- Omnibus placeto. Bona res quies.  
Periculosa temeritas.  
Sēper uoluptates sunt mortales, honores aut immort.  
Amicis aduersa fortuna utentibus idem esto.  
Luerum turpe, res pessima.  
Quicquid promiseris facito.  
Infortunium tuū celato, ne uoluptate afficias inimicos  
Veritati adhæreto. Age quae iusta sunt.  
Violentiam oderis. Principibus cede.  
Voluptati tempera. A iureiurando abstine.  
Pietatem sectare. Laudato honesta.  
A uitijs abstine. Beneficium repende.  
Supplicibus misericors esto. Liberos institue.  
Sapientum utere consuetudine. Litem oderis.  
Bonos in precio habeto. Audi quae ad te pertinent.  
Probrum fugito. Responde in tempore.  
Ea facito, quorum non poscit poenitere.  
Ne cui inuidias. Oculis moderare.  
Quod iustum est imitare.  
Benemeritos honora. Spes foue.  
Calumniam oderis. Affabilis esto.  
Cū erraris, muta consiliū. Diutinam amicitiam custodi  
Omnibus te ipsum præbe. Concordiam sectare.  
Magistratus metue. Ne loquaris ad gratiam.  
Ne tempori credideris. Te ipsum ne negligas.  
Seniorem reverere. Mortem oppete pro patria.  
Ne quauis de re doleas. Ex ingenuis liberos crea.  
Sperato tanquam mortalis. Parcito tanquam immortalis.

D      Ne

DICTA

Ne efferris gloria.	Arcanum celæ.
Cede magnis.	Oportunitatem expectato,
Mortalia cogita.	Largire cum utilitate.
Né prior iniuriā facias.	Dolorem fuge.
Mortuum ne rideto.	Amicis utere.
Consule inculpatē.	Delecta amicos.

E IV S D E M P E R I A N D R I E X A V S O  
nio, carmine Phalecio. Atq; in his extrema sen-  
tentia semper est gemma, & disticho  
comprehenditur.

Nunquam discrepat utile à decoro.

Id est, nihil utile, quod non est honestum.  
Plus est sollicitus, magis beatus.

Id est, quo quisq; dicitur, hoc magis sollicitus uiuit.  
Mortem optare malum, timere peius.

Miser est, qui tædio uitæ mortem optat, sed miser  
or qui semper timet mortem.

Faxis, ut libeat, quod est necesse.

Quod necesse est facere, fac ut libenter facias.  
Multis terribilis, caueto multos.

Quem multi timent, is multos timeat necesse est.  
Si fortuna iuuat, caueto tolli.

Ne extollaris fortunæ profferitate.  
Si fortuna tonat, caueto mergi.

In rebus aduersis ne frangaris animo.

BIANTIS E GRAECA  
collectione,

105

## S A P I E N T V M.

In speculo te ipsum contemplare, & si formosus apparebis, age quae deceant formam. Si deformat, quod in facie non est, id morum pensato pulchritudine. De numine ne male loquare, quid sit autem auscultat. Auditio multa. Loquere pauca. Prius intellige, & deinde ad opus accede. Ne ob diuitias laudaris uirum indignum. Persuastione cape, non ui. Compara in adolescencia quidem modestiam, in senectute uero sapientiam.

### EIVSDEM EX AVSONIO CAR- mine Heroico.

Quænam summa boni mēs quæ sibi cōscia recti  
Id est, quid optimum? Animus benè sibi conscius.

Pernicies homini q̄ maxima? sol⁹ homo alteri.  
Id est, homini maxima pernicies est ab homine.

Quis diues? qui nil cupiat, quis pauper, auarus.

Diues est, qui non multa possidet, sed qui sua sorte contentus est. Auarus omnis pauper est, qui quod habet, non habet.

Quædos matronis pulcherrima? vita pudica.

Mulier etiam indotata, satis dotata est, si casta est.  
Quæ casta est? de qua fama mentiri veretur.

Casta non est, de qua fama turpiter loquitur.

Quod prudētis opus? cum possit nolle nocere.

Proprium prudentis est, etiam cum possit, nolle tam  
men ulcisci.

Quid stulti proprium? nō posse, & velle nocere.

Malus etiam cum non possit, optat tamen lēdere.

D 2 Pytaci

DICTA

PYTACI MYTILENAEI

ex Græco.

Quæ facturus es, ea ne prædixeris, frustratus enim nisi  
deberis. Depositum redde.

A familiaribus in minutis rebus læsus, feras.

Amico ne maledixeris. Inimicum ne putas amicū.

Vxori dominare.

Quæ feceris parentibus eadem à liberis expecta.

Desidiosus ne esto. Inter amicos ne fueris iudex.

Ne contendere cum parentibus, etiam si iusta dixeris.

Ne geras imperium, priusquam parere didiceris.

Infortunatum ne irriseris.

Ne lingua precurrat mentem.

Quæ fieri non possunt, caue conceupiscas.

Ne festina loqui. Legibus pare.

Nosce te ipsum. Ne quid nimis.

Ante omnia uenerare numen.

Parentes reuerere. Audito libenter.

Voluptatem coërcere. Inimicitiam solue.

Vxorem ducito ex æqualibus, ne si ex dilitoribus duxeris, dominos tibi pares non affines.

EIVSDEM EX AVSONIO CARMIS  
ne lambico Trimetro.

Loqui ignorabit, qui tacete nesciet.

Eiusdem est artis rectè tacere, & rectè loqui.

Bono probari malo, quam multis malis.

Non refert, quam multi laudent te, sed quales. Nam ab improbis laudari, uituperari est.

Demens

S A P I E N T V M.

106

Demens superbis inuidet felicibus.

Stultitia est cruciari felicitate malorum, quasi in  
vulgaribus bonis sit sita felicitas.

Demens dolorem ridet infelictum.

Aequè stultum est gaudere calamitate malorum,  
quasi non & ante fuerint infelices.

Pareto legi, quisquis legem sanxeris.

Quod alijs præscripseris, ipse seruato.

Plures amicos re secunda compares.

Prospéra fortuna conciliat multos amicos.

Paucos amicos rebus aduersis probes.

Sed restante fortuna pauci manent, sed sinceri.

CLEOBVLI LYNDII.

Ne sis unquam elatus. Domus curam age. (di.

Libros euolue. Liberos tibi charissimos eru-

Iuste iudicato. Bonis benefacito.

A maledicētia tēperato. Suspicionem abiecto.

Parentes patienti, uince. Beneficij accepti memento.

Inferiorem ne reijcas. Alienā ne concupiscas.

Ne teipsum præcipites in discriumen.

Res amici diligas, & perinde serues, ut tuas.

Quod oderis, alteri ne feceris.

Ne cui miniteris, est enim muliebre.

Citius ad infortunatos amicos, quam fortunatos pro-

Lapis auri index, aurum hominum. (siciscere.

Voto nihil preciosius.

Mendax calumnia uitam corrumpit.

Mendaces odit quisquis prudens ac sapiens.

D 3

Eiusdem

DICTA

EIVSDEM EX AVSONIO CAR.  
mme Aselepiadeo.

Quanto plus liceat, tam libeat minus.

Quo potentior es, hoc magis caue, ne quid peccu.  
Et quo plus tibi permittunt homines ob principatum,  
hoc ipse minus permittas tibi.

Fortunæ inuidia est, immeritus miser.

Cum bonis male est, fortunæ imputatur, cum ea sa  
pe magnatum sit culpa.

Felix criminibus nullus erit diu.

Felicitas malo parta, non est diurna.

Ignoscas alijs multa, nihil tibi.

In alios lenis esto, in te ipsum seuerus.

Parcit quisq; bonis, prodere vult bonos.

Qui bonos viros tradit in manus honorū, is feruat,  
non perdit, quos prodit. Quan. uam suspicor legendū

Parcit quisq; bonis, perdere uult malos, ut sit sensus.

Qui malos ac nocētes afficit supplicio, is miseretur bo  
norū & innocentium, quos ab horum uiolētia liberat.

Maiorum meritis, gloria non datur.

Laus parentum non tribuitur posteris.

Turpis saepe datur fortuna minoribus.

At probra parentum saepe obiectiuntur liberis.

CHILONIS LACEDAE MONII.

Nosce te ipsum. Ne cui inuidias mortalium.

Temperantiam exerce. Turpia fuge

Tempori pare. Iustè rem para.

Multitudini place. Sapientia utere.

Morib⁹

107

### S A P I E N T V M.

Moribus probatus esto. Ne quid sufficeris.

Oderis calumnias. Ne fueris onerosus.

EIVSDEM EX AVSONIO CARMIS  
ne Choriambico, ex Choriambis tribus

& Amphibracho.

Nolo minor me metuat, despiciatq; maior.

Sic est moderanda uitæ ratio, ut ne inferioribus sis  
formidini, quod est tyrannicum, nec superioribus con-  
temptui, quod est abiectæ fortunæ.

Viue memor mortis, immemor ut sis salutis.

Sic fuge turpia, quasi hodie moriturus. Sic eura ho-  
nesta studia, quasi semper uicturus. Quando hic uersus  
deprauatus est, suspicor ita legendū. Viue memor mor-  
tis, ut sis & memor salutis.

Tristia cūcta exuperans, aut animo, aut amico.

In rebus aduersis, aut amici cōsuetudine falle mo-  
rorem, aut animo te sustine.

Tu benē si quid facias, non meminisse fas est.

Benefacta tua prædicens alij.

Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ.

Florida senectus, similius est adolescentiæ.

Illa iuuentus grauior, quæ similis senectæ.

Morosa iuuentus, similius est senectuti.

### S O L O N I S A T H E N I E N S I S

ex Græco.

Deum cole.

Parentes reverere.

Amicis succurre.

Nemini inuideto.

D 4

Veritas

## DICTA

- |                        |                         |
|------------------------|-------------------------|
| Veritatem sustineto.   | Ne iurato.              |
| Legibus pareto.        | Cogita quod iustum est. |
| Iraeundie moderare.    | Virtutem laudato.       |
| Malos odio prosequere. |                         |

EIVSDEM EX AVSONIO

carmine Trochaico.

Dico tunc vitam beatam, fata cū peracta sunt.  
Nemo beatus, nisi qui feliciter obierit diem.

Par pari iugato cōiunx, dīsidet qđ impar est.  
Firmissima est amicitia, quæ inter pares coiſt.

Non erunt honores v̄lquam fortuiti muneris.

Honos uerus uirtutis est premiū, nō munus fortune  
Clā coarguas propinquū, sed palā laudaueris.  
Amicum laudato palā, sed errantē occulte corript.  
Pulchrius multo parari, quam creati nobilem.

Clarior est nobilitas, quam ipse tuis uirtutibus tibi  
pararis, quam que ex maiorum imaginibus contigit.  
Certa si decreta fors est, quid cauere proderit?

Si fatum uitari non potest, quid prodest præcise!  
Siue sunt incerta cuncta, quid timere cōuenit?  
Si in certum, stultum est timere, quod an euentu-  
rum sit nescias.

THALETIS MILESII

ex Græco.

- |                           |                    |
|---------------------------|--------------------|
| Principem honorā.         | Amicos probato.    |
| Similis tui sis.          | Nemini promittito. |
| Quod adest boni cōſulito. | A uitis abstineto. |
| Gloriam ſectare.          | Vitæ curam age.    |

Pacem

S A P I E N T V M.

Pacem dilige.      Laudatus esto apud omnes.  
Susurronem ex ædibus ejice.

EX AVSONIO, VERSV

Pentametro.

Turpe quid ausurus, tu sine teste time.

Quod apud alium puderet facere, ne solus quidem  
ausis facere, ueluti teipso teste.

Vita perit, gloria non moritur,

Quod facturus eris, dicere iustuleris.

Sile si quid est in animo facere, ne quis impeditat.  
Crux est, si metuas vincere quod nequeas.

Auget sibi molestia, qui timet quod uitari nō potest  
Cum verè obiurgas, sic inimice viuas.

Præstat uerè carpi ab inimico, quam falso laudari  
ab amico.

Nil nimium, satis est, ne sit & hoc nimium.

Ne quid nimis. Nam modus omnibus in rebus est  
optimus.

SECVNTVR MIMI PVBLIANI

ab Erasmo primum castigati & elucidati, nunc  
etiam à mendis aliquot repurgati.

ERASMVS ROTERODAMVS

Lectori salutem.

**I**N hos deprauatissime scriptos reperi cōmentario  
los longè prodigiosiores, quam in Catonē, qui neq;  
cœlum, neq; terram attingerent, & tamen accusa-  
tissimè depictedos, ceu rem sacram. O seculum illud inse-

M I M I

lxix. Sunt pleriq; Senarij Lambici, si quod diuersum genius inciderit, annolabimus. Cæterum qui scire uoleat, à quām portentosis mendis hos Mimos undicauerimus, ut conferat cum ijs, quos ante nostram editionem habebant uulgari codices. Valet lector, & fruere.

Alienum est omne, quicquid optando euenit.

Sensus est, id quod nostro studio paratur, uerè nostrum est, quod uotis cōtingit, alienum est, nempe quod fortuna possit eripere.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Qualis fueris in alios, tales alij futuri sunt in te. Animus vereri qui scit, scit tuto aggredi.

Qui intelligit periculum, is nouit eauere periculū. Temeritas autem periculoſe rem aggreditur, quia nescit timere.

Auxilia humilia, firma consensus facit.

Conecordia fortia facit, letiam quæ sunt imbecilla, contra, discordia maximas opes debilitat.

Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.

Nobis in manu est, non incipere amare, ubi coepis, iam illi seruus es, nec potes excutere, cum uelis.

Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium.

Mulier nimis est uehemens in utrāq; partē, animal, affectibus obnoxium. Quāq; huiusmodi uiros, etiā nō paucos reperias, nimis in utrāq; partem uehementes. Ad tristem partem, strenua suspicio.

Qui parum sunt felices, magis laborat suspicione. Vel sic: Suspicio plerunq; uergit in partē detersorem.

Strenua

*m ge,  
plet, à  
rimus,  
n ha  
e.  
nit.  
é no  
quod*

**Strenua hic citam ac propensam significat.**

**Ames parentem si æquus est, si aliter, feras.**

**Bonum parentem ama, difficilem tolera, uel ob hoc  
quia pater est. Aequus dixit pro cōmodo & humano.**

**Alpicere oportet, quod possis deperdere.**

**Serua quod nolis perire. Oculus autem, hoc est,  
præsentia domini optimus rei custos.**

**Amici vitia si feras, facis tua.**

**Tibi imputabitur, quicquid peccat amicus, cum non  
admones.**

**Aliena homini ingenuo acerba est seruitus.**

**Durum est seruire ei, qui liber sit natus.**

**Absentem lēdit, qui cum ebrio litigat.**

**Mens enim ebrii non adest, cum qua loquendum est  
Itaq; perinde est ac si non adesset ipse.**

**Amans iratus, multa mentitur sibi.**

**Multa enim constituit in animo, que non præstat  
postea. Ego ne illi: m: que me: que illum:**

**Avarus ipse miseræ causa est suæ.**

**Nam sua sponte & uolens pauper est.**

**Amans quid cupiat scit, quid sapiat, non videt**

**Amans sine iudicio cupit, nec expendit salubre sit  
an perniciosum, id quod cupit.**

**Amans quod suspicatur, vigilans somniat.**

**Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt, & inani s̄e  
sibi blandiuntur.**

**Ad calamitatem, quilibet rumor valet.**

**Tristia facile sparguntur in uulgaris, que recta sunt**

**& honesta.**

M I M I

& honesta uix creduntur.

Amor extorqueri non potest, elabi potest.

Amor non potest subito utq; expelli, sed paulatim  
potest elabi.

Ab amante lachrymis redimas iracundiam.

Amans iratus lachrymis placatur.

Apertè cum est mala mulier, tū detinū est bona.

Fucatum & fraudulentum est animal mulier, eō  
minimè noxia, cum palam est mala. Indicat hic nullam  
esse bonam.

Auarum facile capias, si non sis idem.

Auarum non potest ferre avarus, uel facile falle  
auarum, nisi sis idem qd' ille est, id est, avarus & ipse.  
Amare & sapere vix Deo conceditur.

Non est eiusdem amare, & sanæ mentis esse.

Avarus nisi cum moritur, nihil recte facit.

Etenim cum moritur, tum demum permittit alios  
suis opibus frui.

Astutè dum celatur, se ætas indicat.

Senectus celari non potest. Nisi forte sic legendum  
est, Astu crimen celatur, ætas indicat. Tempus enim  
aperit omnia.

Avarus damno potius, quam sapiens dolet.

Sapiens non cruciatur damnis rerum, sed is qui ma-  
gnificat pecuniam.

Auaro quid mali optes: ni, ut viuat diu.

Propterea quod miserrimè uiuat. Summum igitur  
malum optat, qui optat diutinam uitam.

Animo

Animo dolenti nil oportet credere.

Quamdiu doles, ne quid tibi pessi fidas. Nihil enim  
sani suadet dolor. Expecta donec residat ægritudo,  
tum statue que uelis loqui, aut facere.

Alienum nobis, nostrum plus alijs placet.

Sæc quenquam sortis pœnitent. Alienæ miratur uer-  
ba duntaxat. Ceterum si ad rem uentum sit, pauci ue-  
lunt cum alijs commutare.

Amari iuueni fructus est, crimen seni.

Amor uoluptas est in iuuene scelus in sene, nō uolu-  
anus cum ludit, morti delicias facit. (ptas.

Anum uicinam morti, non decet lujus, uidetur enim  
mortem delectare uelle.

Amoris vulnus idem qui sanat, facit.

Desiderij uulnus sanat idem qui fecit, si sui copiam  
faciat. Allusit autem ad Telephi fabulam.

Ad pœnitendum properat cito qui iudicat.

Ne statim pronuncies, nam præcipitati iudicij sæ-  
pe pœnitent.

Amicos res optimæ parant, aduersæ probant.

Et hoc carmen depravatum est forte sic legendum.

Amicum res optima parant, tristes probant.

Secunda fortuna conciliat amicos, aduersa explorat,  
ficti sint an ueri.

Aleator quanto in arte est melior tanto est nego.

Hoc est carmen Trochaicum. In mala re quo magis  
excellis, tanto sceleratior es, ueluti miles, quo melior  
est, hoc uir nequior.

M I M I

Arcum intensio frangit, animum remissio.

Arcus frangitur, si nimium tendas. Animī uires di-  
gentur exercitatione, ocio franguntur.

Bis est gratum, quod opus est, vltro si offeras.

Beneficium precibus extortum, magnā gratie par-  
tem perdidit. Quod ultro oblatum est, id bē gratum.  
Beneficium dare qui nescit, iniuste petit.

Non debet uti beneficijs aliorum, qui ipse nemini  
benefacit.

Bonum est, fugienda aspicere alieno in malo.

Item Plautus, feliciter sapit, qui alieno periculo sa-  
pit. Quid tibi sit fugiendum, id disceas non tuo malo,  
sed ex aliorum malis exemplum sumito.

Beneficium accipere, libertatem vendere est.

Felicius est dare quam accipere, perdit enim liber-  
tatem quisquis utitur alterius beneficio.

Bona nemini hora est, vt non alicui sit mala.

Nulla fortuna secunda est, quæ non alterius mala  
contingat.

Bis enim mori est, alterius arbitrio mori.

Mortem naturalem, æquiore animo ferūt homines,  
adactam grauius.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere.

Ingratis nemo plura committit. Quos experim  
gratos, in hos maiora conferimus.

Bis peccas, cū peccanti obsequiū accōmodas.

Nā ē illū adiuuas, ē te eiusdē malefacti reū fac  
Bonus animus Iesus grauius multō irascitur.

Lentib

P V B L I A N I.

111

Lenis animus cū incādescit, uehemētius cōmouetur.  
Bona mors ē homini, vītæ quæ extinguit mala.

Miseris mors est optanda quoq; ut quæ finem ad  
ferat malorum.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Hunc uersum nominatim citat Aulus Gellius inter  
Mimos Publianos.

Blanditia, non imperio fit dulcis Venus.

Iucundum est, cum ex animo quis redamatur, non  
cum extorquetur mulieris obsequium.

Bonus animus nunquam erranti obsequium  
accommodat.

Qui probus est, ipse nunquam alteri peccanti af  
fentur.

Beneficium se dedisse qui dicit, petit.

Cōmemoratio beneficij dati, est reposcētis gratiam.  
Coniunctio animi, maxima est cognatio.

Arctius alligat mutua benevolentia, quam affinitas  
sanguinis. Forte uersus hic ita legendus est.

Benevolus animus maxima cognatio est.

Nam & hoc modo carmen constat, & in hac litera  
nempe B reperiebatur.

Beneficium sēpe dare, docere est reddere.

Qui sepius benē meretur de aliquo, is prouocat ad  
gratitudinem, quadam pertinacia beneficiandi.

Bonitatis verba imitari, maior malitia est.

Qui malus est & benē loquitur, is plus q̄ malus est.  
Bona opinio homini tutior pecunia est.

Tutius

Tutius est habere bonam famam, quam diuitias.  
Bonum tametsi supprimitur, non extinguitur.

Veritas & iustitia premi potest ad tempus, sed  
emergit postea.

Bis vincit, qui se vincit in victoria.

Qui moderat utitur uictoria, bis uincit, primum  
hostem, deinde animum.

Benignus etiam dandi causam cogitat.

Qui liberalis est, non expectat ut rogetur, sed ultra  
queritat occasionem largiendi.

Bis interimitur, qui suis armis perit.

Magis dolet nobis calamitas, cuius ipsi ministravit  
mus occasionem. Veluti si quis hominem euehat ad ma-  
gistratum, a quo postea subuertatur.

Bene dormit, qui non sentit quam male dormiat.

Cum abeat sensus malus, nihil est mali. Velut si quis  
alto somno obrutus, non sentit incommoditatem strati.

Bonorum crimen est officiosus miser.

Si calamitosus est, qui recte uiuit, hoc imputetur  
uirtuti, cui dicunt aduersari fortunam.

Bona fama in tenebris proprium splendorem  
obtinet.

Deus recte factorum non potest obscurari. Luet  
enim in ipso pectore, si non respondet opinio populi.

Bene cogitata si excidunt, non occidunt.

Quod recte proposueris, etiamsi ad tempus excidit  
animo, tamen non omnino perit.

Bene perdit nummos, iudici cum dat nocens.

Qui

P V B L I A N I.

112

Qui corrumpt iudicem pecunia, cum sit nocēs, perdit eam, sed suo bono. Proinde benē perdit.

Bonis nocet, quisquis pepercereit malis.

Fit iniuria bonis, cū impunitas datur malis. Pauciores enim boni futuri sunt, si liceat impunē malos esse. Bono iustitiae, proxima est seueritas.

Seueritas enim est iustitia rigidior, & exactior, uer gens tamen ad inclemētiām.

Bonum apud uirum cito moritur iracundia.

Apud malos uiros ira tardissimē senescit, apud bonos cito.

Bona turpitudō est, quæ periculum indicat.

Aut si, quæ periculum uindicat. Satius est pudere quam pigere. Pudor utilis est, per quē arcemur ab his, quæ periculose fecerimus.

Bona comparat præsidia misericordia.

In alios misericors meretur, ut in se fauentes sint alij, si quid inciderit.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Vilescit quod consuetū esse cœperit. Bonis rebus nihil debet esse charius. Charū est autem, quod rarū est. Beneficiū dignis vbi das, omnes obligas.

Virtuti enim datur, nō homini. Et tuo beneficio bonus in cæteros omnes utitur.

Crudelis in te aduersa est obiurgatio.

Consolandus est amicus, non obiurgandus in rebus afflictis.

Cauendi, nulla est dimittenda occasio.

E

Nunquam

M I M I

Nunquā satis e aueris. Aliquando nocendi est omit-  
tenda occasio, eauendi nunquam.

Cui semper dederis, vbi neges, rapere imperas.

Qui assueuerit semper accipere, is putat iam sibi de-  
beri qd' datur, adeo si negaris, paratus sit eripere u.  
Hoc ad principes peculiariter attinet.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Aegroti intēperantia facit, ut medicus cogatur ad  
duriora remedia descendere, nempe sectionē, aut usi-  
onem & similia.

Cuius mortem amici expectant, vitam oderūt.

Eius uita sit inuisa oportet, cuius amici mortem o-  
ptant.

Cum inimico nemo in gratiam cito reddit.

Non est statim fidendum inimico. Facile dissoluitur  
benevolentia, at nō facile sarcitur. Et ira omnium tan-  
dissimilē senescit.

Citius venit periculum, cum contemnitur.

Magis nocet periculum his, qui negligunt, quam qui  
cauent.

Casta ad virum matrona parendo imperat.

Pudica uxor hoc impetrat obsequio suo, ut quid  
quid uelit faciat maritus, & magis imperat, cum obse-  
quitur, quam cum exigit.

Cito ignominia fit superbi gloria.

Arrogantiam semper sequitur infamia, qui insoler-  
ter utitur gloria, incidit in ignominiam.

Consilio melius vincas, quam iracundia.

Ira preceps est prudentia sedata. Hac citius effici-  
es quæ uoles, quam uiolentia & ferocitate.

Cuius dolori remedium est patientia.

Omnis dolor lenitur patiētia. Alia alijs malis sunt re-  
media. At patiētia cōmune malorū omnīū ē lenimētū.  
Cum vitia prosunt, peccat qui recte facit.

Cum expedit esse malos, tum nocet esse bonos. Et cū  
præmium est malefactis, tum benefactis pœna est.  
Contemni est leuius, quam stultitia percuti.

Satius est cōtemni ob uitutem, quam stultum quid  
agere.

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Et hic uersus citatur ab Aulo Gellio. Iucundus con-  
fabulator facit, ut non sentias uiae tedium, perinde ac  
si uehculo porteris.

Cito improborum lēta in perniciem cadunt.

Non est diuturna improborum felicitas.

Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.

Videtur accusare uitam, qui mortem appetit.

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.

Hunc uersiculum adscripsi ex Gellio. Cui plus per-  
mittitur, quam æquū est, is plus sibi sumit, quam opora-  
tet. Hoc conuenit in Tyrannos & uxores.

Discipulus est prioris posterior dies.

Quotidiana rerū experiētia reddimur prudētiores.

Damnare est obiurgare, cum auxilio est opus.

Cum amicus afflictus eget auxilio, tum obiurgare  
non est officiosum, sed damnare est. Primū eximendus

est calamitati, postea obiurgandus, quod sua culpa  
eam inciderit.

Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius.

Qui in aggrediendo nimium properant, aliquando  
terdius conficiuntur. Mora in apparando, non dispensari  
est, sed lucrum, ad negocium cito conficiendum.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum homi-  
nem dixeris.

Ingratitudo omnia uitia in se compleatitur. Nullus  
igitur coniunctum dici potest contumeliosus. Versus  
Trochaicus.

De inimico ne loquare malum, si cogites.

Si cogitas nocere inimico, caue loquaris male, caue  
bit enim ille Stultus est igitur maledicere. Nam si ami-  
cus est, inique facis, si inimicus, minus illi nocebis.

Deliberare utilia, mora est tutissima.

Tutissimum est esse lentas consultationes. Nam pri-  
cipitata consilia plerunque sunt inauspicata.

Dolor decrescit, ubi quo crescat non habet.

Cum malum uenerit ad summum, tum necesse est, ut  
fiat remissius.

Dediscere flere foemina, est mendacium.

Id est, foemina nunquam hoc dedisces.

Discordia fit charior concordia.

Amantium irae, amoris reintegratio est.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.

De quo non potes nisi semel statuere, ueluti de ma-  
trimonio, de sacerdotio, de hoc diu deliberandum est,

P V B L I A N I.

114

priusquam aggrediari.

Dificilem oportet habere aurem ad criminā.

Ne facile credas accusanti quempiam.

Dum vita grata est, mortis cōditio optima est.

Tum optimū est mori, cum adhuc dulce est uiuere.

Damnū appellandum est, cū mala fama luciū.

Lucrum cum iactura famæ damnū est, non lucerum.

Ducis in consilio, posita est virtus militum.

Frustra sunt fortes milites, ni ducis prudētia regātur.

Dies quod donat timeas, cito raptum venit.

Quod subito cōtingit, subito solet auferre fortuna.

Dimissum quod nelicitur, non amittitur.

Non est damnum, quod non sentis.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor.

In tormentis sepe mentiuntur & innocentes, ad dei cruciatu.

Etiam peccato recte p̄statur fides.

Adeo seruanda est fides, ut etiam malis in rebus alii quando p̄standa sit.

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Cūpienti etiam festinatio uidetur mora.

Ex uitio alterius sapiens emendat suum.

Ex alienis erratis sapiēs colligit, qd sibi sit cauendū  
Et deest & superest miseris cogitatio.

Deest, quia nō uident, quo pacto possint mederi malis, & superest, quia intelligunt, quid debuerint cauere, sed fero.

Etiam obliuisci quod scis, interdum expedit.

E 3 Quæ

M I M I

Quædam huiusmodi sunt, ut sint dediscenda, poterat, et quod sit, ut sit sensus. Expedit aliquo meminisse magis, quid præsens tempus et res postule quam tua dignitas.

Ex hominum quæstu, facta fortuna est Dea.

studium lucri facit, ut fortuna credatur esse quæ faueat, aut ex quæstu, id est, querimonia. Non illi imputant, si quid acciderit aduersi.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere.

Vincere avaritiam aut iram, plus est, quam regni Exuli ubi nusquam domus est, sine sepulchro et tanquam mortuus.

Opinor ita legendum.

Cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.

Id est, exul qui nusquam habet domum, perinde est, ut mortuus insepultus, aut cui non est sepulchrum. Etiam qui faciunt, odio habent iniuriam.

Nolunt sibi fieri iniuriam, nec iij, qui faciunt alij, Eripere telum, non dare irato decet.

Irato non est danda occasio nocendi, sed potius amenda.

Se denegare patriæ, exilium est pati.

Sic enim uersteulum bunc mutauimus. Qui letat non uersatur in Republica, is sua sponte exul est.

Etiam capillus unus habet umbram suam.

Nihil est tam minutum, quod non possit aliquid. Eheu quam miserum est, fieri metuendo tenem.

Miserit

MS

P V B L I A N I.

Miserrimum est consenescere metu mali, quod non  
Ium aduenerit.

Etiā hosti est æquus, q̄ in cōfilio habet fidem.

Qui sequitur quod dicta fides, non quod dolor, is  
etiam hostibus erit æquus.

Excelſis multo facilius casus nocet.

Ex alto cadentibus periculoflor est ruina. Ita peri-  
culoflus deiceimur ex alta fortuna.

Fidem qui perdit, quo se seruet in reliquum?

Qui perdit pecuniam, habet in quod se seruet, qui  
fidem, nihil habet cui se seruet.

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

Inſidiatur fortuna cum blanda est. Ita tū maximē  
rabenda est ſuſpecta, cum maximē proſpera est.

Fortunam citius reperias, quam retineas.

Difſicilium est retinere fortunam, ne mutetur. Et  
naior uirtus est tueri parta, quam parare.

Firmosa facies muta commendario eſt.

Fauetur enim formosiss, etiamſi nihil dicant.

Fruſtra rogarunt, qui militeri non potest.

Qui non potest mollescere precibus, quid opus eſt  
bunrogare.

Frais eſt accipere, quod non possis reddere.

Ddus eſt accipere beneficium à quopiam, cui non  
possis untundem reddere.

Fortuna nimium quem fouet, ſtultum facit.

Magiae felicitatis comites ſunt, ſtultitia & arro-  
gantia.

M I M I

Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.

Qui detrectat iudicium, indicat se sibi male consi-  
um esse.

Felix improbitas, optimorum est calamitas.

Quoties fortuna fauet improbis, hoc fit calamita-  
& malo optimorum.

Feras non culpes, quod vitari non potest.

Hic uersus nominativi citatur à Gellio. Qd' mutar  
corrigiq; nō pōt, id tacitē ferendū est, nō uituperādū.  
Futura pugnant, vt se superari sinant.

Sic instant futura mala, ut tñ uinci uitariq; posim  
Furor sit, læsa səpius patientia. (prudentia)

Et hoc carmen citatur à Gellio. Lenes eum səpiu  
prouocantur, tandem irritati, grauius irascūtur, qui  
rarius & serius commouentur.

Ficta cito ad naturam redierint suam.

Simulata non diu durant. Et iuxta Flaccum:  
Naturam expellus furea, tamen usq; recurret.

Fidem qui perdit, nihil potest ultra perdere

Omnia perdidit, qui fidem perdidit.

Facilitas animi ad partem stultitiae rapit.

Facile adducitur ad uitia, qui facilis est animo, ut  
Mitio ille Terentianus, qui ob facilitatem sexagnari  
us nouus factus est maritus.

Fides ut anima, vnde abiit nunquam reit.

Vt uita semel amissa nūq; reuertitur, sic et fides, jux-  
ta illud. Qui semel scurra, nunq; bonus pater amillas.  
Fidem nemo ynqua perdit, nisi qui noi habet.

Pecch

P V B L I A N I.

M<sup>b</sup>

Pecuniam non perdit, nisi qui habuit. At fidem si dicitur perdidisse qui nō habuit, id est, qui perfidus fuit.  
Fortuna obesse nulli, contenta est semel.

Nullum malum uenit sine incursu alterius mali.  
Fulmen est ubi cū potestate habitat iracūdia.

Versus est Trochaicus. Potens cum irascitur, fulmen nat, non irascitur.

Frustra, cum ad senectam ventum est, repetes adolescentiam.

Et hic Trochaicus est. Nō licet reiuuenescere. Proinde seni tractanda sunt senilia.

Falsum maledictū, maleuolum mendaciū est.

Qui conuiciatur & mētitur, si malitiose mentitur.  
Fœminę naturam regere, desperare est omniū.

Omnes desperant se posse regere mulieris ingeniū.  
Fer difficilia, vt facilia leuius feras.

Exerce te rebus difficilioribus, ut alia facilius feras.  
Fortuna nulli plusquam consilium valet.

Consilium plus efficit quam felicitas.

Fortuna vitrea est, quę cū splendet, frangitur.

Vitrum cum maximē lucet, tū facilimē frangitur.  
Ita splendidissima fortuna minimē durabilis est.

Feras quod lēdit, vt quod prodest perferas.

Vt potiare commodo, feras incommodum.

Facit gratum fortuna, quam nemo videt.

Fortuna facit inuidosum, nisi lateat. Ergo diffīlū landa est.

Frugalitas miseria est rumoris boni.

E 5 Hunc

M I M I

Hunc uersum addidi ex Gellio. Esse frugaliam, ru-  
mor quidem bonus est, sed infelix, et parum uulgo lau-  
datus, cui profusio magis placet. Nisi manus miseriam  
acipere pro penuria, siue inopia. Nam tum erit sensus.  
Qui laudatur frugalis, is non laudatur. Tertius sensus  
argutissimus est. Frugalitas est parsimonia uitium, sed  
sub honesto laudatoq; nomine.

Graue praeiudicium est, qd iudiciū non habet,

Post praeiudicia sequuntur iudicia, in quib. excui-  
untur praeiudicia. At graue est illud praeiudicium, qd  
non sequitur aliud iudicium sed ipsum iudicij loco est,  
ueluti si princeps pre se ferat animū inimicū in quem  
piam, nullus est iudex qui secus austi iudicare.

Grauissima est probi hominis iracundia.

Vir bonus ut tardior est ad iram, ita grauius irasci-  
tur, si uicta sit illius bonitas.

Grauis animi poena est, quē post factū poenitet.

Magnam poenam dedit, quem poenitet facti.

Grauis animus dubiam nō habet sententiam.

Vir constans certa habet consilia.

Graue est malum omne, qd sub aspectu latet.

Malū illud est immedicable, quod praetextu bone  
rei personatum est. Nam hic aspectū uocat personam,  
Grauius nocet, qdcunq; inexpertum accidit.

Nova mala grauius dolent.

Grauior inimicus qui latet sub pectore.

Affectus uitiosus maximē nocet homini, at is latet  
sub pectore, nec potest excuti.

Grauissimum est imperium consuetudinis.

Consuetudo plane tyrannidem quandam obtinet in rebus humanis, adeo ut stultiſſima quæq; si ſemel moleuerint, reuelli non poſſint.

Graue crimē, etiam cū dictū eſt leuiter, nocet.

Velut ſi quis apud Anglos, uel ioco uocet aliquem proditorem, non caret periculo, ob odium eriminis.

Heu quam diſſicilis eſt gloriæ custodia.

Fama honesta facilimē contamnatur, & diſſicilior eſt eam tueri, quam parare.

Homo extra corpus eſt ſuum, cum iraſcitur.

Non eſt apud ſe quiſquiſ iraſcitur. Reſpondet cum illo ſuperiori. Absenti loquitur, qui cum irato litigat. Heu quam eſt timendus, qui mori tutū putat.

Qui mortem cōtemnit, iſ uebementer eſt timendus, propterea quod alienæ uitæ dominus eſt, quiſquiſ ſuę contempſor eſt.

Homo qui in homine calamitoso eſt misericors, meminit ſui.

Intelligit enim ſibi poſſe accidere, ut fit opus auxilio. Versus eſt Trochaicus.

Eſt honesta turpitudo pro bona cauſa mori.

Gloriosa eſt infamia, uitium impendere iuſtitiae. Et hic Trochaicus eſt.

Habet in aduersis auxilia, qui in ſecundis comodat.

Et hic Trochaicus eſt. Qui eum feliciter agit, alijsq; ſubuenit, huic alij ſubueniunt in rebus aduersis.

Heu

Heu quam miserum est ab illo lœdi, de quo non possis queri.

Et hic Trochaicus est. Durum est lœdi, uel ab amico, uel à potente, quod queri de altero, non est honestum, de altero non est tutum.

Hominem experiri multa paupertas iubet.

Paupertas ingeniosa est, & artium repertrix. Et in genium mala sœpe mouent iuxta Nasonem.

Heu dolor quam miser est, qui in tormento vocem non habet.

Et hic Trochaicus est. In tormentis uerum exquiritur. At quidam ita torquentur, ut nō ausint uerum dicere, scientes quid uelit taceri, qui torquet.

Heu quam pœnitenda incurunt homines, viviendo diu.

In longa uita multa accidunt quæ nolis. Hic quoque Trochaicus est.

Habet suum venenum blanda oratio.

Insidiosa est blandiloquacia, et melle litū uenenum.

Homo toties moritur, quoties amittit suos.

Orbitas mors quædam est.

Homo semper in se aliud fert, in alterū aliud cogitat.

Hic est lābicus tetrameter. Nemo nō ē dis̄simulator. Honestus rumor alterum est patrimonium.

Tantundem ferē ualeat honesta fama, quantum patrimonium.

Homo nescit, si dolore fortunam inuenit.

P V B L I A N I.

118

Non sentitur dolor, quo paratur aliquid commodi.  
Honesta seruit, qui succumbit tempori.

Honestum est seruire tempori, & cedere fortunæ  
ad tempus.

Homo viræ commodatus, non donatus est.

Vita datur ad tempus, ut qui dedit, exigat suo iure  
quandoque uelit.

Hæredem scire, utilius est, quam querere.

Quidam codices habent ferre, pro scire. Satius est ferre  
quam elemcūq; hæredē, quam nullū habere. Si legas sci-  
re sensus est, præstat habere liberos, quibus tua relin-  
quas, quam circumspicere alienos, quibus tua relinquas.  
Hæredis fletus sub persona risus est.

Hic quoq; uersus citatur à Gellio. Fletus hæredis est  
risus psonatus. i. dissimulatus, gaudet enim etiā si fletat.  
Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Vulgus male sentit de muliere saepius nupta.  
Inferior horret, quicquid peccat superior.

Quod principes peccant, id recidit in malū plebū.  
Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram.

Iucundissima res ē uindicta, et uelut altera uita. Prē-  
mū, uitā tuetur suā, deinde capit uoluptatē ex ultione  
Id agas, ne quis tuo te merito oderit.

Odiū effugere nō possumus, ne quis nos merito ode-  
rit, id eauere possumus.

Inuitum cum retineas, exire incitas.

Qui nō cupid manere, hunc quo magis retines, hoc  
magis cupid abire.

Ingeo

M I M I

Ingenuitatem lēdis, cum indignum rogas.

Seruile est, supplicem esse homini indigno. Lēditur enim ingenuitas.

In nullum auarus bonus in se pessimus.

Nulli benefacit auarus, se uero etiam diseruat et studia rerum suarum.

In opī beneficium bis dat, qui dat celeriter.

Bis gratum est beneficium, quod statim prompteq; datur egenti.

Instructa inopia est, in diuitijs cupiditas.

Cupere cum abundes, inopia quædam est, non expedita, sed instructa et onusta, quasi dieas, dines inopia.

In uitat culpam, qui peccatum præterit.

Qui dis̄simulat peccatum, is in uitat, ut iterū peccetur. Iucundum nihil est, nisi quod reficit varietas.

Nihil tam dulce, quod non pariat faciem, nisi uarietate conditatur.

Ingenuitas non recipit contumeliam.

Generosi et ingenui animi est negligere contumeliū.

Aut sic: Generosus animus impatiens est contumelia.

Impunè peccat in eum, qui peccat rarius.

Forte sic legendum est, Impunè peccat, cū quis peccat rarius. Aut, Impunè peccat, cū quis peccat rarior.

Ingratus vnuſ miseris omnibus nocet.

Vnius hominis ingratitudo facit, ut nec gratis succurratur cum eagent.

In miseri vita nulla contumelia est.

Hoc carmē uariè repperi deprauatū. Et haud scio

P V B L I A N I.

119

an recte diuinari. Non uidetur contumelia, quām fā  
cias in hominem malum & infelicem. Nisi sic mavis.  
In uitia miseri, contumelia est dicere, id est, cōtumeliae  
genus est; infectari uitia hominis miseri, qui magis eget  
consolatione.

In opīa parua desunt, auaritiæ omnia.

Videtur hic uersus deprauatus. Nā in controuersijs  
Seneca citat huiusmodi Publij carmē. Luxuriæ desunt  
multa, auaritiæ omnia. Quanquā hic quoq; uersus con  
stabit, si legas, desunt parua, siue pauca, quod ego man  
lim. Multa desiderat pauper ad uitæ usum, sed auarus  
magis eget, qui nec id habet, quod habet.

Ita amicū habeas, posse ut fieri inimicū putas.

Et hic citatur à Gellio. Sic ama tanquam osurus.  
Ita confidas amico, ut si fiat inimicus nō multum possit  
ledere. Gellius hāc sententiam Chilioni, Cicero in Læ  
lio adscribit Bianti.

Inuidiam ferre, aut fortis aut felix potest.

Fortunati negligunt inuidiā, vir fortis contemnit.  
In amore mendax semper iracundia.

Eadem est sententia, quam ante dixit. Amans iratus  
multa mentitur sibi.

Inuidia tacitè, sed minute irascitur.

Inuidia habet iram suam, et dissimulatam & minu  
tam, hoc est, de re nihili.

Iratum breuiter vites, inimicum diem.

Ira statim subsedit, odium diuturnum est. Odit aut  
quisquis est inimicus. Ab hoc igitur diu cauendum est,  
imo

M I M I

imo semper. Hoc ipsum admonet sapiens Hebreus, ab hoste reconciliato esse cauendum.

Iniuriarum remedium est obliuio.

Vindicta non medetur iniurijs tibi factis, sed obliuio optimè.

Iracundiā qui vincit, hostem superat maximū.

Trochaicus est. Fortissimum est iram suā vincere, Hoc Alexander ille magnus orbis dominor non potuit.

In malis sperare bonū, nisi innocēs nemo solet. Et hic Trochaicus. Bona conscientia facit, ut in malis speremus superos auxiliaturos.

In vindicando criminosa est celeritas.

Quidam habent, in iudicando. Ne sis praeceps uel ad ultiōrem, uel ad iudicandum.

Inimicū quamuis humilem docti est metuere.

Sapiens est, nō contemnere hostē, quantumuis humiliem, potest enim per occasionem nocere.

In calamitoso risus etiam iniuria est.

Miseri risu etiā offenduntur. Et quibus res sunt minus secundae, ad suspicionē mali rapiunt, etiā casu dicta iudex damnatur, cum nocens absoluitur.

Cum soluitur nocens, tum iudex non innocens si oportet.

Ignoscere humanum, ubi pudet cui ignoscitur.

Non ignoscendum est, nisi poeniteat facti.

In rebus dubijs plurima est audacia.

Forte legendum est plurimum, uel plurimi. Multū ualeat audacia, cum res est dubia, hos est, periculosa.

120

## P V B L I A N I.

Illo nocens se damnat, quo peccat die.

Quisquis admittit scelus, illico sibi damnatus est in  
dice conscientia, etiam si iudex nemo pronunciet.  
Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Idem dixit antea. Ita amicum habeas &c.  
Iratus etiam facinus consilium putat.

Qui irascitur, etiā scelus putat iudicio recteque fieri.  
Improbè Neptunum accusat, qui iterū naufragium facit.

Hoc addidi ex Gellio. Qui semel expertus, iterum  
exponit se periculo, impudenter accusat fortunā. Est  
autem & hic Trochaicus tetrameter.

Loco ignominiae est apud indignum dignitas.

Honor commissus indigno, nō honestat eum, sed magis dedecorat.

Laus ubi noua oritur, etiam vetus amittitur.

Si iterum recte facies, efficies, ut superiori de te fame  
fidem habeant homines.

Læso doloris remedium, inimici dolor.

Suum malum minus sentit, qui potest ulcisci.

Leuis est fortuna, cito reposcit quae dedit.

Fortuna incōstans, statim repetit & aufert, si quid  
dedit.

Lex vniuersi est, quae iubet nasci & mori.

Necessitas nascendi & moriendi, neminem non complectitur.

Lucrum sine damno alterius fieri non potest.

Vnius lucrū damnū ē alterius. At nō itē in reb. animi.

**L**ascivia & laus nunquā habent concordiam.

**I**ntemperantia semper obnoxia est infamiae.

**L**egem nocens veretur, fortunam innocens.

**I**nnocens et si non ueretur leges, ut nocens, tamen i  
met fortunam, quæ nonnunquam opprimit innocentem.  
**L**uxurie delunt multa, avaritiae omnia.

Hunc uersum Seneca citat in controversijs. Multis  
eget profusor, avarus eget omnibus. Illi multis est opus  
q[uod] multū absunit, huic nihil est sat, cū sit insatiabilis.  
**M**alignos fieri, maximē ingrati docent.

Ingrati faciunt, ut qui benigni fuerint, contradic  
donent. Hos enim malignos uocant, id est, parcōs.

Multis minatur, qui vni facit iniuriam.

Omnes expectant iniuriam ab eo, qui uni fecerit.  
**M**ora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Molesta est mora in omni re, tamen ea nos reddit satis  
pientes, ne quid agamus temerē aut inconsulto.  
**M**ala causa est, quæ requirit misericordiam.

Innocentia non eget misericordia, sed æquum deſ  
derat iudicem. At cum fiducia rei tota est in misericor  
dia iudicis, pessimam habet causam.

Mori est felicis, antequam mortem inuocet.

Ille feliciter moritur, qui tum moritur, dum adhuc  
iucunda est uita, ac nondū huius tedium mortem optat.  
**Q**uidam pro felicis habent felicius.

Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui.

Durum est, cum nō licet loqui quod uelis. Nam illic  
multo minus licebit facere quæ uelis, si loqui non licet.

Miser-

Miserrima est fortuna, quæ inimico caret.

Felicitas incitat inimicitias, ergo cui nullus inuidet  
is miserrimus sit oportet.

Malus est vocandus, qui sua causa est bonus.

Qui benefacit commodi sui causa, is malefacit.

Malus ubi bonum se simulat, tunc est pessimus.

Dissimulata malitia pessima est.

Metus cum uenit, rarum habet somnus locum.

Timor abigit somnum. Aut non est dormitandum  
in periculo.

Mori necesse est, sed non quoties volueris.

Aliquando optant mortem homines, cum mori non  
possint.

Malè geritur, quicquid geritur fortunæ fide.

Quod à fortuna pendet id parum est firmum.

Mortuo q̄ mittit mun⁹, nihil dat illi, demit sibi.

Olim solebant inferias exhibere mortuis. Hoc perit  
uius, & nihil accipit mortuus. Trochaicus est.

Minus est quā seruos dominus, q̄ seruos timet.

Infra seruos est, qui seruos suos timet, nempe male  
sibi conscius.

Magis hæres verus nascitur, quam scribitur.

Filius nascitur hæres, hæredipeda scribitur.

Malo in consilio, fœminæ vincunt viros.

In rebus malis plus sapiunt fœminæ quam uiri.

Mala est voluptas, alienis adsuescere.

Dulcis cibus alienus, sed foeda uoluptas est adsuesce-  
re alienis.

M I M I

Magno cū periculo custodit, qd multis placet.

Trochaicus est. Difficile est seruare quod expetunt  
multi, ueluti pecuniam, aut formosam uxorem.

Mala est medicina, vbi aliquid naturæ perit,

Medicina que ledit naturam, dura est, uelut, que  
membrum auferit.

Mala naturæ nunquam doctrina indigent.

Ad mala uel citra doctorem sumus idonei, uirtus di-  
scitur.

Miseriam nescire, est sine periculo viuere.

Qui sine periculo uiuit, is feliciter uiuit. Vita tua  
quamvis humilis felicissima est.

Malè viuunt, qui se semper victuros putant.

Semper enim prorogant in crastinum, si quid est no-  
luptatis, aut bonæ rei.

Maledictum interpretando facies acrius.

Quidam excusant conuictum interpretatione, atq;  
ita magis irritant.

Malè secum agit eger, medicū qui heredē facit.

Inuitat enim, ut occidat.

Minus decipitur, cui negatur celeriter.

Minus enim diu sperat & frustratur leuius.

Mutat se bonitas, cum irrites iniuria.

Boni fiunt mali, si prouoces.

Mulier cum sola cogitat, malè cogitat.

Mulier apud se cogitabunda, aliquid mali uoluit in  
animo.

Malefacere qui vult, nusquam nō causam inuenit

Mali

122

## P V B L I A N I.

Malis nunquam deest occasio malefaciendi.  
Malevolus temper sua natura vescitur.

Etiam si deest premium maleficij, tamen malevolus  
fruitur sua malicia, & uel gratis malus est.  
Multos timere deber, quem multi timent.

Quem multi timent, hunc pauci amant. Is igitur ui-  
eßim timeat oportet à quibus timetur.

Malè imperando summū imperium amittitur.

Summum imperium est benè imperare, id amittitur  
malè imperando. Siue nullū imperiū tam potēs, quod  
non amittatur, si tyrannice imperes.

Mulier, quæ nubit multis, multis non placet.

Male audiunt uulgo, quæ sèpius mutant maritum,  
aut infelices sunt, aut incontinentes, aut inconstantes  
aut morose.

Malum consilium est, quod mutari non potest.

Nunquam te inuoluas huiusmodi modo, ut te expli-  
care nō possis. Huc uersum adiecimus ex Aulo Gellio.  
Nil agere semper infelici est optimum.

Qui infortunatus est in rebus gerendis, huic opti-  
mum est in ocio uiuere.

Nil peccent oculi si animus oculis imperet.

Oculos incusamus, quasi ministrent occasionem ma-  
larum cupiditatum. At animus in culpa est, qui oculis  
non imperat.

Nil proprium ducas, quod mutari possit.

Nil existimes uerè tuum ac perpetuum, quod possit  
auferri.

M I M I

Non cito ruina perit vir, qui ruinam timet.

Fortasse sic legendum, ut sit Trochaicus. Non cito  
perit ruina qui rumam prætimet, id est, non facile op-  
primitur incommodo, qui præcauet incommodum, &  
nō facile opprimitur periculo, qui periculū obseruat.  
Nescis quid optes, ant qd fugias, ita ludit dies.

Iambicus est tetrameter. Ita ludit tempus & fortu-  
ne uicissitudo, ut sepe quæ putaris optima, sentias me-  
ximē nocere & ē contra.

Nunquam periculum sine periculo vincitur.

Et hic citatur à Gellio. Audendum est, aliquo pa-  
cto, si cupias effugere periculum. Nam qui timet om-  
nia, nunquam se explicabit.

Nulla tā bñia est fortuna, de q̄ nil possis queri.

Trochaicus est. Felicitati semper aliquid adiunctū  
est incommodi.

Nusquā melius morimur homines, quam ubili-  
benter viximus.

Ibi mori optimum, ubi iucundē uiximus. Trochae-  
cus est.

Negandī causa auaro nunquam deficit.

Qui non dat libenter, semper aliquam inuenit can-  
sam eur non det.

Nimium altercando veritas amittitur.

Moderata disceptatione ueritas excutitur, at immo-  
derata, perditur id quod prorsus accidit Sophistis  
quibusdam ac rixosis disputatoribus. Hic uersus à Gel-  
lio citatur,

123

P V B L I A N I.

Quotidie damnatur, qui semper timet.

Qui sibi conscient, semper timet supplicium, & quotā  
die damnatur.

Quotidie est deterior posterior dies.

Semper ætas uergit in peius, hoc est, mores homi-  
num indies magis ac magis degenerant.

Ridiculū est odio nocentis perdere innocentia.

Trochaicus est. Stultum est sic odiſſe peccatum, ut  
ipſe pecces, ueluti si quis ob impudicam uxorem uene-  
no tollat adulteram, & ſic puniat adulterium, ut ipſe  
ſiat ueneficus.

Pars beneficij est, quod petitur, si bellè neges.

Quidam ita moleſte dant, ut gratia amittat benefi-  
cij, quidam adeo commode negant, ut uideantur dediſſe.  
Stultum est timere, quod vitari non potest.

Veluti mortem, aut aliud fatale incommodum.

Timidus vocat ſe cautum, parcum ſordidus.

Suis quicq; uitijs blanditur, eaq; extenuat mutatio  
nominibus.

Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.

Et hic refertur ab Aulo Gellio. Si finis impunitum  
peccatum, facit ut iterum libeat peccare.

Tam deest auaro qd habet, quā qd non habet.

Hunc Senarium citat Seneca in controuersijs. Au-  
rus non magis uititur ſuis quam alienis, utrisq; igitur  
ex aequo caret.

O V I T A misero longa, felici breuis.

Et hunc refert Seneca. Infelices laborat uite tadio,

## CHRISTIANI HOMINIS

Felicibus mors ante diem uidetur accidere, quod vite  
tedium non sentiant.

Finis. Erasmo Roterod. castigatore & interprete.

## ERASMVS ROTERODAMVS

Lectori S. D.

Fac memineris lector, que hactenus legisti, Ethnico  
rum esse decreta, ut scias cum iudicio esse legenda. Que  
nunc leges, ipsius Christi, ex sancte Ecclesie sunt ora-  
cula, quae tuto sequi possis, imo quae sola beatum  
possint efficere. Proinde sic lege ut  
rem seriam, ac uale.

## CHRISTIANI HOMINIS INSTITV- tum per Erasnum Roterodamum.

Ad Galatas 5.

Valet in Christo fides, quae per dilectionem operatur.

## F I D E S.

CREDO. Primus articulus.

C onfiteor primum ore pio, uenerorq; fideli,  
Mente Deum patrem, uel nutu cuncta potentia,  
Hunc, qui stelligeri spaciofa uolumina coeli,  
Et solidum omniparæ telluris condidit orbem.

Et in festu.

II.

Eius item gnatum I E S V M, cognomine Christum,  
Quem dominum nobis agnoscimus ac ueneramus.

QVI

I N S T I T U T U M.

Qui conceptus.

III.

Hunc Maria afflato diuini numinis, aluo  
Concepit virgo, peperit purissima virgo.

Passus sub Pontio.

IV.

Et graue supplicium immeritus, damnante Pilato-

Pertulit, infami suffixus in arbore, mortem

Oppetiit, tumulatus humo est, claususq; sepulchro-

Interea penetrat populator ad infera regna.

Tertia die.

V.

Mox ubi teria lux mesto se prompserat orbi,

Emersit tumulo, superas rediuius in auras.

Ascendit.

VI.

Inde palam etheream scandit sublimis in arcem,

Illic iam dexter patri assidet omnipotenti.

Inde venturus est.

VII.

Idem olim redditurus, ut omnem iudicet orbem,

Et uiuos pariter, uitaq; & lumine cassos.

Credo in spiritum.

VIII.

Te quoq; credo fide simili spirabile numen,

Halitus afflatusq; Dei sacer, omnia lustrans.

Sanctam Ecclesiam.

IX.

Et te confiteor sanctissima concio, qua gens

Christigena arcano nexu coit omnis in unum

Corpus, & unanimis capiti sociatur I E S V.

Hinc proprium nescit, sed habet communia cuncta.

Remissionem peccatorum.

X.

Hoc equidem in coetu sancto peccata remitti

Credo, uel ijs sacro fuerint qui fonte renati,

F 5

Vel

## CHRISTIANI HOMINIS.

Vel qui diluerint ultro sua crima fletu.

Carnis resurrectionem.

XI,

Nec dubito, quin exanimata cadauera rursum

In uitam redeant, animas sortita priores.

Vitam æternam.

XII,

Vtraq; pars nostri, corpusq; animusq; deinceps.

Iuncta simul, uitam ducent sine fine perennem.

## SEPTEM SACRAMENTA.

Hoc quoq; persuasum est, Ecclesia mystica septem

Munera dispensat, que Sacra menta vocantur.

Hinc uarie dotes, & gratia plurima menti

Cœlitus inseritur, si quis modo sumpserit apte.

### Ordo.

Ordine namq; sacra confertur sacra potestas,

Vt fungare ministerijs, Christo auffice, sanctis.

### Matrimonium.

II.

Munere coniugij nati hunc prodimus in orbem,

Vsq; adeo pulchri, pulcherrima portio, mundi.

### Baptismus.

III.

Munere Baptismi longe felicius ijdem.

Quam prius, in te Christe renascimur atq; nouamur.

### Confirmatio.

III.

Deinde in amore Dei nos confirmatio sacra

Constabilit, mentemq; inuicto robore durat.

### Eucharistia.

V.

Mysticus ille eibus (Græci dixerunt synaxis)

Qui panis uiniq; palam sub imagine C H R I S T U M

Ipsum præsentem uerè exhibet, intima nostra

Viseera

125

## INSTITUTVM.

Viseera, ecelesti saginat & educat esca,  
Inq; Deo reddit uegetos, & reddit adultos.  
Poenitentia.

VI.

Si quem forte Deo capitalis reddidit hostem  
Noxia, continuo metanca medebitur illi.  
Restituet lapsum, resciissaq; foedera rursum  
Sarcist, offendit placabit numinis iram.  
Commissi modo poeniteat pigateatq; nocentem,  
Isq; uolens peragat præscripta piama culpa.

Vnctio. VII.

Vnguinis extreum munus nos munit & armat,  
Migrantemq; animam per summa pericula tuto  
Transmittit patriæ, & superik commendat euntem.

Amor Dei.

Hæc est indubitata fides, cui pectore certo  
Nixus, amabo patrem super omnia cunctipotentem.  
Qui me condideritq; & in hunc produxerit orbem.  
Rursus amore pari dominum complector IESVM,  
Qui nos asseruit, precioq; redemit amico.  
Spiritum item sanctum, qui me sine fine benigno  
Afflatu souet, atq; animi penetralia ditans  
Dotibus arcanis, uitali recreat aura.  
Atq; bic ternio sanctus, & omni laude ferendus,  
Toto ex corde mibi, tota de mente, supremis  
Viribus, obsequio, meritoq; coletur honore.  
Hunc unum reuerebor, & hoc semel omnis in uno  
Spes mea figetur, hoc omnia metiar uno.  
Hic propter se se mihi semper amabitur unus.

Amor

## CHRISTIANI HOMINIS

### Amor sui.

Post hunc haud alia ratione, ac nomine charus,  
Ipse mihi fuero, nisi quatenus omnis in illum,  
Ille mihi referatur amor, fontemq; reuisat.

### /Fuga peccati.

Culpam præterea fugiam pro uiribus omnem.  
Præcipue capitale tamen uitauero crimen,  
Quod necat, atq; animam letali uulnerat iuctu.

Superbia. Inuidia. Ira.

Ne fastu tumeam, ne uel liuore maligno  
Torquear, aut bili rapiar feruente cauebo.

Gula. Luxuria. Pigritia.

Ne uel spurea libido, uel insaciabilis alius,  
Imperet enitar, ne turpis inertia uincat.

### Auaritia

Ne nurquam saturanda fames me uexet habendi,  
Plus satis ut cupiam fallacis munera mundi.

Fuga malorum hominum.

Improba pestiferi fugiam commertia cœtus  
Omnia, summo animi conatu, proq; uirili.

Studium pietatis.

Atq; hue incumbam neruis ac pectori toto,  
Ut magis atq; magis superet mihi gratia, uirtus,  
Augeatq; pie diuina scientia menti.

### Oratio.

Orabo, superosq; precum libamine puro  
Placare adnitar, cum tempore sedulus omni.  
Tum uero eximie, quoties lux festa recurret.

Frugis

I N S T I T U T V M.

126

Frugalitas vicius.

Frugales epulae semper, mensaq; placebit.

Sobria mundicies, & auari nescia luxus.

Ieiunium.

Seruabo reuerens quoties ieiunia nobis

Inducit certis Ecclesia sancta diebus.

Mentis custodia.

Sancta uti sint mihi secretæ penetralia mentis.

Ne quid eo subeat fœdumne nocensue studebo.

Linguae custodia.

Ne temere iuret, ne unquam mendacia promat,

Turpia ne dictu dicat me lingua cauebo.

Manus custodia.

A furto cobibebo manus, nec ad ulla minuta,

Viseatos mittam digitos, & si quid ademptum

Cuiquam erit, id domino properabo reddere iusto.

Restitutio rei forte repertæ.

Id quoq; restituam, si quid mihi forte repertum est.

Me penes haud patiar prudens aliena morari.

Amor proximi.

Nec secus atq; mibi sum charus, amabitur omnis

Proximus, est autem (ni fallor) proximus ille,

Quisquis homo est, ac si ut amor referatur amici

In C H R I S T V M, uitamq; piam, ueramq; salutem.

Huic igitur fuerit quoties opus, atq; necesse,

Sedulus officio corpusq; animumq; iuuabo,

Vt mihi succurri cupiam, si forsan egerem.

Id tamen in primis præstabo utriq; parenti,

Per

## CHRISTIANI HOMINIS

Per quos corporeo hoc nasci mihi contigit orbe,  
Tum præceptoris, qui me erudit, instituitq;  
Morigerus fuiro, ac merito reuerebor honore.  
Ac rursus dulcifq; seholæ, studijq; sodales.  
Semper (uti par est) sincero amplectar amore.

### Asidua confessio.

Si quando crimen fuero prolapsus in ullum.  
Protinus enitar, pura ut confessio lapsum  
Erigat, ac iusta tergatur noxia pena.

Sumptio corporis Christi in vita,  
Ast ubi sacrati me ad corporis atq; eruoris  
Cœlestes epulas, pietasq; diesq; uocabit.  
Ulotis manibus metuens accedere, pectus  
Ante meum, quanta cura studioq; licebit,  
Purgabo maculis, uirtutum ornabo nitellis.

### Morbus.

Porro ubi fatalis iam terminus ingruet cui,  
Extremumq; diem cum morbus adesse monebit,  
Mature sacramentis me armare studebo,  
Atq; his muneribus, quæ Ecclesia sancta ministrat  
Christigenis, reteget confessio crimina uite  
Sacrifico, sumam Christi uenerabile corpus.

### Mors.

Quod si uicinæ propius discrimina mortis  
Vrgebunt, supplex accessam qui mihi rite  
Oblinet, ac signet sacro ceromate corpus.  
Atq; his præsidij armatus, sic uti dignum est.  
Christicola, forti ac fidenti pectore, uita

127

INSTYTUTVM.

Decedam, bonitate Dei super omnia fretus.  
Hoc fac & viues.

ERASMVS LECTORI.

**H**unc libellum denuo cōtulimus cum Græci. Dea  
prehendimus unam abesse sententiā, sed quæ no  
bis esset suspecta, tanquam nota. Adiecimus tamen  
addita nota, ne quis existimaret casu omissam, cū  
in uulgatis exemplaribus habeatur. Rursum alibi Ro  
dolphus τυχῆς legisse uidetur, ubi Græci codices  
excusi τυχῆς habent.

RODOLPHVS AGRICOLA

Ioanni agricolæ suo fratri

S. D.



Ibil habeo mi frater, quod uel  
ego aptius tibi pro nostra neces  
situdine (ut qui frater sim tuus)  
afferre possem, uel tu potius pro  
tua ætate (ut qui prima iuuentæ  
spacia ingredieris) ex me expe  
ctare debeas, quam ut undecimq;  
possim, ea tradam tibi, quibus & eruditione ornation  
& uita melior euadas. Idq; dignum studijs meis, dignus  
amore nostro arbitror munus, ea parare tibi, quorum  
usus non tempore intercidat, non casibus obnoxius sit.  
Sed quemadmodū natura ppetuo nos deuinxit pigno  
re, ita illa quoq; que à me accipis, solida perinde sint,  
perpe-

E P I S T O L A

perpetuoq; tibi adiumento futura. Quod si pulchrè  
apud Poëtam ille monuisse filium uidetur, qui inquit,  
Disce uirtutem ex me, uerumq; laborem,  
Fortunam ex alijs.

Et ille quidem, cuius omnis conatus pendebat ex fortuna, omnis ad fortunā labor dirigebat, non immerito uirtutis ego tibi hortamāto colligam, qui uitam halitus eis impendi studijs, quæ uera certissimaq; ad virtutem ducunt uia, quæq; in rebus humanis quid experendum sit, quid fugiendum, quid recte secūsue fiat, ueluti in speculo conspiciendum nobis considerandūq; propinam. Cū sint autem permulta quæ ad uitæ pertineant institutionem, Græcis Latinisq; literis conscripta, erga via in primis et admirabilis Isocratis ad Democritū Pařensis mihi uidetur. Ea enim suauitas est dicēdi, is ornatus, (ut ita dicam) sculptura orationis, tanta preterea maiestas, utilitas, decor præceptorum, ut si quem admodum pugiles meditatos quosdam nodos nexuq; habent, quib. in certamine subito, uel nō cogitantes eam utātur, ita nos quoq; oporteat certa quedā, ad manū posita uitæ habere præcepta, quæ omnes nostræ uelut ad filii dirigant actiones, quorumq; tenax infixa mētibus nostris memoria, recti nos limitē egredi ubiq; uetet, hic libellus aptus, uel maximè ad hanc rem atq; accommodatus mihi uidetur. Eum itaq; in Latinū sermonem ē Græco cōuerti, rem scrupulosam conatus, ut numeros quoq; quorum ille fuit obseruantissimus, schemata, uel (ut nos dicimus) exornationes orationis

NVNC V PATORIA.

128

quoad possem imitarer. Per similiter enim cadentia & desinentia, & aquata, & contra posita, et reliquos id genus ornatus, uoluitur oratio. Quorum ut studiosus, præcipue Gorgias Leontinus præceptor ipsius, alijsq; ætatis illius sophistæ fuerunt, ita diligentior ipse, ut se cuta ipsum, non affectata uiderentur. Hunc ego legendum tibi etiam atq; etiam, & ad uerbum quoq; ediscendum censeo, semperq; uelut ante oculos tanquam reglam quandam, uitæq; præceptum habendū. Ita fiet, ut non solum instruas tuum, uerum animū quoq; emendet. Quemadmodū enim ad doctrinam præcipuum est intelligere quæ legas, ita ad uirtutem maximum, facere quæ intelligas.

ISOCRATIS AD DEMONICVM

Parænesis, per eruditissimum uirum Rodolphum Agæcolam e Græco in Latum sermonem traducta.



N multis Demonice rebus, multum inuenimus, distantes bonorum mentes, atq; malorum cogitationes, multo uero maximum accepere discrimen circa mutuā consuetudinem uitæ. Hi enim præsentes solū amicos uenerantur, alijs eos quoq; qui lōgē absunt benevolentia, prosequuntur. Ac malorum quidem amicitias, tempus exiguum dissoluit, at bonorum ne omnis quidem aui trælue

G extina

## ISOCRATIS AD DEMONICVM

extinguit. Quum putem igitur eos qui gloriam expetunt, quicq; suos eruditioni conatus desfiant, bonos et nequaquam malos decere sectari, hanc oratione dono tibi missi, indicium erga te benevolentie, signumq; cum Hippontio familiaritatis. Decet enim liberos quemadmodum facultatu, ita amicitiae quoq; paternae ha-reditatem suscipere. Video autem & occasionem nobis conuenientem, & praesentis nos oportunitatem tem-poris adiuuantem. Tu enim erudiri cupis, ego erudire alios admitor, tu sapientiae studio adhuc teneris, ego de ditos illi recta uia deduco. Quicunq; autem adhorta-torias ad amicos suos orationes conscribunt, pulchru illi quidem opus assumunt, no tamen circa id, quod est in philosophia præstantissimum, laborant. Qui uero adolescentibus præmonstrant, non ea quibus uehemen-tiam in docendo cōsequantur, sed quo pacto uita mori busq; industriant, tanto magis, quam illi audientibus pro-sunt, quantum interest, quod illi ad sola ipsos uera ba cōfirment, hi uero ipsorum quoq; facta emendent. Quamobrem nos non exercitatione tibi parantes, sed institutionem tibi scribentes, pergemus nostri te consiliis participem facere, quas res oporteat adolescentes desi-derare, & que rursus opera uitare, qualibus item ho-nimibus se cōiungere, & quomodo suam ipsorum uitā instituere. Quicunq; enim uitæ cursum hoc itinere fea-cerunt, hi soli ad ipsam uirtutem ingenuè adire potue-rūt, qua non res honestior, no constantior est illa. Put chritudo. n. uel ualitudine perit, uel tempore flaccescit.

Divitiae

Divitiae uitiorum sunt potius q̄ integratatis ministræ facultatem nempe desidia probantes, et ad uoluptatē iuuenes excitantes. Robur prudentiae coniunctū pro- fuit, sine illa uero sepius cum qui id habet offendit, & corpora quidem eorum qui se exerceant, adornat, in diu- striam uero mentis obscurat. Virtutis autem posseſſio, quorum bona fide mentibus ipsa coaluerit, sola conſea- nescit, diuitijs potior, utilior q̄ generis splendore, quaे q̄ fieri nequeunt ab alijs, illa suis uiribus subdens, & mul- titudini metuēda, cōſtanter expectans. Desidiam dcede- cus, laborem laus comitatur. Hoc cognitu perfacte est ex gloria certaminū Herculis, operumq; à Thesco gestorum, quibus morum præstantia tantum laudis in- ſigne operibus adiecit, ut omnis temporum posteritas rebus, quas gesserūt, effundere nequierint obliuionem. Sed & tu quoq; memor patris tui uiuendi ſecte, nonne habebis pulchrum ad domesticū eorum, que à me tibi dicentur, exemplum? Neq; enim parui uirtutē faciens, neq; ſocordiae deditus egit etatem, sed corpus laborib. exercebat, animo periculū subibat, neq; extra modum diuitias expetebat, sed præsentibus quidem fruebatur bonis ueluti mortalis, gerebatq; curam futurorū, uelut immortalis. Neq; uero cōtempte uitam instituerat, ſed elegans erat & magnificus, ſimulq; expositus amicis, Impensis laudabat officio ipsum prosequentes, quāns generis ſibi necessitudine deuinctos. Persuadebat enīa multo ad amicitiam effaciōrem eſſe naturā lege, mo- res genere, electionē neceſſitate. Tempus in præsentia

## ISOCRATIS AD DEMONICVM

nos deficeret, si omnes illius actiones enumerare perga-  
mus, exacteque de illis nobis alio erit loco differendum.  
Nunc signum quoddam Hippontici sustulimus naturae, ad  
quam uelut exemplar uitam formes oportet, legemque ubi  
mores illius putas, et imitatore te emulumque virtu-  
tis paternae praebas. Turpe namque fuerit pictores pul-  
cherrima quaerere exprimere animantium, & liberos no-  
nati imitari industriad parentum. Existimes autem nullum  
ita pugilem contra aduersarios suos decere meditari,  
sicut te considerare, quo pacto cum patris tui ratione  
uinendi decertes, fieri autem non potest, ut animum  
quisquam taliter formet, nisi multis ante honestisque pre-  
ceptis fuerit expletus. Corpora namque moderatis labo-  
ribus, animus uero honestis actionibus roboratur. Ex-  
periar igitur, breuiter ea tibi exhibere, quibus obser-  
uandis in uita plurimum mihi uidearis virtutibus addi-  
tur, & gloria cunctos apud homines consequuntur.



Rimū quidem pīc diuina colas,  
nō solū sacrificans, uerum etiā  
q; iuraueris prestat. Illud enim  
affluentiae opum est signū, hoc  
morum probitatis indicium. Nu-  
men uenerare semp quidē, pre-  
sertim q; ciuitas, sic enim simul  
uideberis sacra Deo facere, legibusq; obtemperare  
Talem te exhibeas erga parentes, quales exhibere  
se tibi uoles ex te progenitos.

Firma

130

## PARAESESIS.

Firma exhortationibus te corporis, non ijs quæ robori, sed quæ sanitati conducunt. Id assequeris si desinas laborare, tolerando adhuc labori sufficiens. Neq; in risum proclivius esse uelis, neq; in uerba confidens, illud enim stulti est, istud furentis. Quæ factu turpia sunt, ne dictu quidem putas honesta.

Fac assuescas non tristis esse, sed cogitabundus. Propter illud enim ferox, propter hoc prouidus esse crederis.

Putes in primis te decere modestiam, pudorem, iustitiam, temperantiam. Iстis enim omnibus cōmiseri probitas adolescentum uidetur.

Neq; latitum te, si turpe quidpiā feceris, speres, ut enim alios celes te ipsum tamen conscient habebis.

Deum time, parentes honora, amicos reverere, legibus obedi, uoluptates sectare gloriæ iunctas, oblectatione enim cum honestate nihil est melius, sine illa uero nihil est peius.

Obrectatiōes deuites tamē si fuerint falsæ, uulgas enim ueritatem ignorat, opinionemq; potius spectat.

Sic facito cuncta, ueluti neminem celaturus, tamē si enim parumper occultes, postea tamen detegeris.

Plurimum tibi opinionis adiunges, si appareat ea tenēn facere, quæ si fuerint ab alijs facta, reprehēdas. Si cupidē didiceris, multa quoq; disces, quorum habes doctrinam, ea meditationū custodias curis, at que nescis, ea p̄ceptis adiunge doctrinis.

Aequē namq; turpe est, eū qui utilem audit oratio-

## SOCRATIS AD DEMONICVM

nem non addiscere, & cui datur ab amicis munus alio  
quod non recipere.

Vitæ ocium studio percipiendæ eruditioñis impen-  
de, sic enim difficuler ab alijs inuenta, facile tibi per-  
cipere continget.

Puta multitudinem præceptionū multis opibus es-  
se potiorem, istæ enim celeriter dilabuntur, illæ in om-  
ne permanent tempus. Sola enim rerum omnium im-  
mortalis est sapientia.

Ne pigrat longum facere iter ad eos, qui conduci  
bile se aliquid docere profitentur. Turpe namq; fuerit  
mercatores tanta transfre maria, quo cumulatores  
suas opes efficiant, adolescentes uero ne terra quidem  
sustinere proficiunt aliquo, quatenus melioreni suam fa-  
ciant mentem.

Aoribus fac ut sis comis, uerbis autem affabilis. Est  
autē comitatis benignè obuios appellare, affabilitatis,  
familiariter cum ipsis uerba communicare.

Benignum te præbeas cunctis, optimis autem uta-  
ris, sic & illis inimicus non eris, & istis amicus fies.

Neg; crebro cōuenias eosdem, neq; diu cum eis agas  
de eisdem. Satietas enim est omnium.

Exerce spontaneis teipsum laboribus, ut adactos  
quoq; perferre queas.

A quibus turpe est animum uincit, eorum omnium  
temperantiam exerce, lueri, iræ, uoluptatis, doloris. Id  
autem continget, si lucrum putaueris id, quo gloriam  
eigas, non quo diuitijs addas.

131

## PARAESESIS.

In ira si talis sis aduersus peccantes, quales delinq-  
uenti tibi esse alios uelles. In iucundis si turpe putaue-  
ris seruis te tuis imperare, uoluptatibus uero seruire.  
In aduersis, si alienas respicies calamitates, tibiq; quod  
homo sis, in memoriam subinde dedueas.

Verborum magis, quam pecuniarum depositis tue-  
re, decet namq; uiros iureiurando se fideliores praestare.

Consentaneum puto perinde malis non credere,  
quemadmodum fidem bonis habere.

Quae nollis effterri, nemini dixeris, nisi tantundem ex-  
pediat ea tacere, & tibi dicenti, & illis qui audierunt.

Iustirandum adactum, proprieas accipito cau-  
sus, uel ut te ipsum turpi criminis exoluas, uel ut amicos  
tuos in magnis periculis serues, pecuniarum autem gra-  
tia nullum numen iuraueris. Videberis enim alijs peie-  
rare, alijs pecuniarum cupidum esse.

Nullum fac amicum, nisi exploraueris ante, quo pa-  
cto prioribus sit usus amicis. Spera namq; ipsum erga  
te futurum talem, qualis & erga illos fuit.

Tarde fies amicus, factus autem, da operam, ut per-  
maneat. Tantundem enim dedecoris est, & nullum ami-  
cum habere, & crebros subinde amicos mutare.

Negque cum damno amicos probes, nec inexpertus ip-  
sorum esse uelis. Hoc autem facies, si & cum nullis in-  
digeas, te similes indigere, & illa que uulgari nihil re-  
ferat, ueluti occultanda concredas, deceptus enim op-  
nione nihil offendes, non deceptus, mores illorum reb-  
fictis nosces. Amicos proba, & ex uitæ aduersitate, &

ISOCRATIS AD DEMONICVM  
ex periculorū societate. Aurū enim igne perfficimus.  
amicos uero inter aduersa cognoscimus.

Amicis hoc pacto uteris commodiſſime, si non ut ab  
eis rogeris, expectes, sed pollicens ultro ipſis in tempo  
re succurras.

Aequē putes turpe et ab iniiciis superari iniurijs,  
et ab amicis superari beneficijs. In familiaritate pro-  
ba non solum malis tuis intolentes, uerum etiam bonis  
non inuidentes. Multos enim, qui cum infelicitibus mœ-  
rent, proſperitatis illorum inuidia torquet.

Absentium amicorum fac memineris apud preſen-  
tes, ut rationem etiam iſtorum quoq; absentium habe-  
re uidearis.

Circa ueſtitum elegans, non ſplendidus eſſe uelis.  
Et autem elegantiſ quidem magnificum, ſplendidi ue-  
ro eſſe profuſum. Ama rerum non immensam poſſeſſio-  
nem, ſed moderatam perfruitionem.

Contemne diuitiarū studio occupatos, atq; iſi que  
habent, uti neſcientes. Simile namq; cōtingit illis, quod  
equum poſſidenti bonum, et equitare neſcienti.

Adniter diuitias tibi, pecunias ſeſilicet atq; poſſeſſio-  
nes apparare. Sunt autem pecuniae illorum, qui recte  
ipſis frui ſciunt, poſſeſſiones qui ipſis uti queunt.

Dilige quas habes faciliates, duas ob causas, ut et  
magnum aliquod dānum reſarcire, et amicis probis  
laboralibus poſſis opem ferre, ad reliquum uitę uſum  
non plus a quo, ſed moderate iſtas concupiſce.

Amplectere qui ſem preſentia, queraraj; meliora.

Nulli

Nulli calamitatem exprobraris, communis enim est fortuna & futurum incertum.

Bonis benefac, honestus enim thesaurus est gratia quæ à bono viro debetur.

Si malis benefacias, simile tibi continget, quod quæ alienos canes pascunt, illi enim danti, sicut temere occurrenti allatrat, mali quoq; eos qui prosunt sicut qui nocent, similiter offendunt.

Adulantes auersare, perinde atq; fallentes, utriq; enim cum eis fides habetur, iniuria afficiunt eos, qui si crediderunt.

Si amplexus fueris amicos, qui ad peñima gratificantur, non habebis unquam, qui tibi ad ea quæ sunt optima sequendum obsistant.

Comem te præbeas eis, quibus cum conuersaris, & non insolentem. Superborum enim fastum uix serui quoq; perferent, at morum comitatem cuncti benigni ter acceptant.

Eris autem comis, si neq; iurgator sis, neq; implacidus, neq; cum omnibus contendas, neq; iræ eorum, cum quibus agis, celeriter occurras, neq; si iniuste quidem fuerint irati, sed effervescentibus concedas, deinde ipsos ubi relanguerit ira, reprehendas, neq; inter ridicula se rias, neq; inter seria ridiculis gaudes. Intempestuum enim ubiq; est molestum. Neq; ingratæ gratiam ineas, quod multis euénit, qui faciunt quidem, sed ægræ tamē amicis inseruiunt. Neq; cupidus fueris, uel culpandi, quia graue est, uel castigandi, quia est acerbum.

## ISOCRATIS AD DEMONICVM

In primis eaque tibi à potaudi consuetudine, quod si quando tulerit tempus ante ebrietatem surge, cum fuerit mens uino corrupta, patitur idem quod currus solent, qui suos effuderunt aurigas. Illi namq; nullo ordine suis deslitiū rectoribus feruntur. Animus quoq; plurima peccat ratione subuersa.

Immortalia sentias, magnitudinem animi preteferendo, mortalia uero moderate presentibus praefero.

Tanto modestia melior em immodestia putes, quamcum est, quod alia quidem omnia peruerse facta lucro sunt eis qui illa admittunt, sola autem immodestia danno afficit eam habentes, plerunq; enim quos uerbis offendunt, illis rebus poenas luunt.

Quorum conciliare tibi amicitiam uelis, bonis quipiam de eis praedices apud illos, qui sunt renueiaturi. Principium enim amicitiae laus est, Inimicitiae uituperium.

Quum consultis, preterita sumas in exemplum futuorum, latens enim ex eo quod apertum est, expeditissime poteris cognoscere.

Delibera diu, celeriter uero confice qd' decreuisti.

Optimum puta contingere nobis à Deo prosperitatem, i nobisq; prudentiam.

Quibus de rebus liber proloqui te pudet, uisq; cum amicis aliquibus de eis comunicare, uerbis uelut de alieno negocio utere. Sic enim & illorum sententiam nosce, teq; ipsum haudquam manifestum redde.

Quum super tuis rebus ali quem in consilium till

adsp

## PARAENESIS.

assumes, considera primū quo pacto suas ipse res ges-  
tit. Qui enim male administravit suas, nunquam bene  
consulet in alienis.

Ita poteris maximè ad consulendum excitari, si ca-  
lamitates, quas adfert temeritas, spectes. Sanitatis nam  
que tunc præcipue curam habemus, cum ualeitudinis  
aduersæ dolorem recordamur.

Regum imitare mores, illorumq; uitæ rationem se-  
stare, uideberis enim amplecti illos, uel emulari. Itaq;  
apud multitudinem tibi maiorem cōtinget laudem ad-  
sequi, & constantiore regum beneuolentia perfici.

Obsequere legibus, quas reges statuunt, firmissimam  
ramē legem mores illorū putes. Sicut enim qui Remp.  
gubernat, opus habet populum obseruare, ita sub primi-  
cipatu uiuentem, maxime regem decet honorare.

Magistratu prædictus, nemine ad obeunda ministe-  
ria malo utere. Quæ enim ille deliquerit, eorum in te-  
culpa refertur.

Ex publicis administrationibus abeat, non opibus  
cumulationior, sed gloria honestior. Multis enim opibus  
præstantior est multitudinis laus.

Nullam rem in honestam, neq; dicto, neq; factio, iu-  
ueris. Videberis enim ipse talia facere, qualia faciētes;  
alios tueris. Sic te cōpara, ut alijs superior esse possis,  
sis tamen ex quo cōtentus, ut iustitiā uidearis expetere,  
non propter imbecillitatem, sed propter æquitatem.

Elige iustum potius paupertatem, quam diuitias in-  
iustas. Tanto enim præstantior est opib. iustitia, ut illa  
solit

## ISOCRATIS AD DEMONICVM

Solis diuinibus profint, hæc uero defunctis etiā gloriam  
præstet, & illæ paſſim improbis contingant, hæc malk  
prorsus sit inacceſſa.

Neminem tibi iunxeris eorum, quibus iniustitia la-  
cro est, sed potius eos, qui propter iustitiam feruntia-  
turas iusti enim & si nulla alia re ſuperent iniustos  
honesta tamen ſpe ipſos antecellunt.

Omnium curam gere, que ad uitam pertinent, ma-  
ximeq; omuiū prouidentiam tibipſius exerce, maximū  
enim in minimo eſt, mens bona in humano corpore.

Operam da, ut ſis corpore laborum patiens, animo  
ſapientiam appetens, ut illo perficere poſſis decretis,  
hoc decernere facienda.

Quicquid dicturus es, prius apud animum tuum ex-  
pende. Multoruū enim cogitationem lingua präcurrit.

Puta rerum humanarum nibil eſſe firmum, ita nec  
in proſperis lœtitia gesties, nec in aduerſis dolori  
concedes.

Duo tibi tempora ad dicendum deputa, uel cum ſint  
aliqua de quibus exploratum habeas, uel de quibus di-  
cere eſt neceſſe. In jolis enim iſtis potior eſt ſilentio ſa-  
mo in reliquis melius fuerit tacere, quam loqui.

Gaude cum tibi contigerint bona, moderate eq; dolē,  
ubi inciderint mala, neutrius tamen animi in alijs eſſi  
uelis manifestus, absurdum eſt enim reconditas in do-  
mibus opes aſſeruare, & cogitationem in propatulo  
poſitam circumferre.

Magis dedecus uites, quam periculum. Oportet  
enī

134

## PARAENESIS.

enim malis formidabilem esse finem uitæ, probis uero  
uitam cum turpitudine coniunctam.

Conare in primis uitam in tuto collocare, quod si  
tamen contigerit in periculū te deuocari, quære in bel-  
lo salutem cum honesta opinione, non cum pudenda fa-  
ma. Mori namq; cunctis prouidentia decreuit, sed bo-  
nestie uita decedere, id bonis tantum uiris proprium na-  
tura concepsit.

**N**ec mirum tibi videatur si multa que diximus  
haudquam præsenti tuæ cōueniunt ætati.  
Non enim id me latebat, sed statu eadem ope-  
ra & præsentis uitæ consilium tibi proferre, & futuri  
temporis monita relinquere, que quanto tibi sint usu  
futura facile cognosces, qui uero tibi cū benevolentia  
consulat, difficulter consequeris. Ut ergo reliqua non  
ex alio requiras, sed hunc uelut ex ærario proferas, de  
cruui nihil eorū prætermittere que cūq; tibi possem m  
consilium afferre. Gratiā autem habeo Deo ingentem,  
si, quā de te accepi, non me fallat opinio. Plerosque  
enim uidemus, cibis iucundissimis potius quā saluberrī  
mis delectari, ita seducentibus à uero amicis potius ac-  
cedere, quam illis, qui ad meliora bortentur. Te uero  
puto cōtra instituisse pergere, iudicium mihi tuum cir-  
ca reliquum uitæ cultum industriū sumens. Qui enim  
rectissima sibi p̄ agere indicit, consentaneum est eum  
aliorum ad uirtutem exhortantiū monita nō segniter  
amplecti. Præcipue excitauit te, ut rerum honestarum  
amore

## ISOCRATIS AD DEMONICUM

amore tenearis, si perfexeris, quod ex ijs uoluptatis, perquā legitime habemus. In societate namq; satiante rumq; libidinū studio, cōtmuo sunt labores uoluptatis bus adiūcti, enixus uero ad uirtutē conatus, modestā uite institutio, sinceros se ap certioresq; referunt oblectationes. Et illic quidem gauissi primum postea dolemus, hic post laborē uoluptates capimus. In eundis autem rebus non ita principij meminimus, quemadmodum exitus sensu mouemur. Plurima enim in uita non propter res ipsas agimus, sed consequentiū gratia elaboramus. Cogita autē quod malis cōuenit paſsim quid obuiū est agere. Hanc enim protinus uite fibere gulam præscriperunt. Bonos uero oportet nequaquam uirtutem negligere, uel in multorum incurrire reprehensiones. Cuncti enim nō perinde oderunt eos, qui fallunt, sicut qui probos esse iactat, nullaq; in regno sunt perferendi. Recte quidem. Nam si eos, qui soli uerbis fraudem strūnt improbamus, quomodo eos tota oberrant uia, non aspernendos putabimus? meritoq; credimus istos nō solum in seipso delinquere, sed et animi sui esse proditores. Ipsae enim opes illis gloriamq; et amicos pepererūt, illi uero seipso indignos bac sua felicitate fecerūt. Qd' si oportet enī qui mortalis sit, scrutari conjectura cœlestium mentem, arbitror in familiarissimis suis maximē ostendisse, quomodo bonis sint malisq; affecti hominibus. Iupiter enim Herculem et Tantalū genuit, quemadmodū fabulae tradūt, cunctiq; credunt, et illum quidem propter uirtutem immor-

PARAENESIS.

135

immortalitate donauit, huc propter improbitatem gravissimis calamitatibus oppressit. Quibus utendum exemplis expetere decet honestatem, et non modo his quae nos diximus, sed ex Poetis pulcherrimum quodque ediscere et reliquos eruditos, si quid dixerunt utile, scrutari. Quemadmodum enim uidemus apem omnibus flosculis insidentem, & de uno quoque optima carpentem, ita oportet, qui uitare disciplinam expetunt, nullius rei rudes esse, & undique quae sunt utilia colligere. Vix enim quis sine hac diligentiam turae poterit erat super rare.

T I N I S.



卷之二十一

七

Georgius Birndorf filius  
Dissertatio minima librum Vener  
Frigiditatem Venerabilis patris in 1779


8r. f. 1. 2. 79

RARA

480/74/11366(6)

X13<74113666000011

Habibero  
gatam



colorchecker CLASSIC

x-rite

